E . A . B . C . V

1 . 6 . P . L . B . 7 . 2

CATALOGVS

Rectorum & Illustrium

VIRORVM ARCHIGYMNASII VIennensis: in quo præter elegantissimam temporum seriem, summa quædam continentur quasi capita earum rerum, quæ celeberrimę huic Academiæ sub cuiusq; magistratu memoria contigerunt dignæ.

Ab anno M. CC. XXXVII. vsque ad annum M. D. LIX.

CVM DVABVS PRAEFATIONIBVS *ad celeberrimum* I. C. GEORGIVM GIENGER *Cæsari Ferdinando à consilijs arcanis & præfectum Laureacensem: Virum eruditione & prudentia vere illustrem ac omni virtutum genere absolutissimum, de bonis literis & hac Academia præclarissimè meritum.*

PER GEORG: EDER. I. C. Cæsareum Frisingensem eiusdem Academiæ pro tempore Rectorem.

VIENNÆ AVSTRIÆ.

NON EST VOLENTIS NEQ. CVRRENTIS
SED MISERENTIS DEI. 1558.



Aspice posteritas, quæ temporis acta reuolues,
Ex hac prodierint lumina quanta Schola.
Grataq; præstantum studeas meminisse virorum,
Qui bene de studijs promeruêre tuis.

ERVDITIONE

ET PRVDENTIA VERE ILLV-

STRI ET MAGNIFICO, AC OMNI VIR-*tutum genere abſolutiſsimo Viro* D. GEORGIO GIENGER I. C. *celeberrimo.* FERDINANDO *Imperatori à Conſilijs arcanis, & præfecto Laureacenſi digniſsimo, de bonis literis & inprimis de hoc nobiliſsimo Archigymnaſio Viennenſi quàm optimè ſemper merito,* D. *& Mecœnati ſuo obſeruandiſsimo.* RECTOR *eiuſdem Academiæ* Vienn: *Salutem precatur immortalem.*

SÆPE ego & antea priuatus diu multumq; cogitare ſolitus, & nunc in ipſo Scholæ huius ampliſsimę Magiſtratu tertium confirmatus, etiam mirari ſatis non poſſum Vir Generoſe & Magnifice D. GIENGERE cum antiquiſsimum hoc Cæſarum & Archiducum Auſtriæ Gymnaſium, præ cæteris totius Germaniæ Academijs celeberrimum fuerit ſemper quid primum ſit, quod ſuperiorum temporum iniuria eius fama & æſtimatio uſq; adeò ſit labefactata, ut multis penè concidiſſe uideretur. Deinde cur tantæ fuerit molis, neque amiſſæ neque præreptæ ſed offenſæ tantum dignitatis laudem atq; famam iterum recuperare. Ob quam rem alios bellorum acerbitatem, alios temporum uiciſsitudinem, non paucos cum fortunam, tum fata neſcio quæ durius accuſare deprehendimus. Sed hi mihi omnes, neq; mali huius cauſam, neq; id quod res eſt probè attigiſſe videntur. Nam etſi nihil æquè pacatiſsima turbet literarum ſtudia, quàm ſtrepitus armorum, ac maxima ſit ubiq; rerum humanarum inconſtantia, maior tamen literarum uis eſt atq; maieſtas quàm quæ poſsit ullis fortunæ ludicris eſſe expoſi-

ta. Nam literarum cognitio hominibus ab æterna Dei prouidentia ideò potissimum concessa est, ut per eas veluti custodes diuinæ voluntatis thesaurus, & cognosci & conseruari queat. Cum autem sine Scholarum præsidio & eruditorum hominum doctrina, literæ ipsæ neque intelligi rectè, neque posteris integrè aut tradi aut relinqui possint, ex eodem cœlesti prorsus consilio inuentæ sunt Scholæ: in quibus Deus opt. Max: ipse publicè docuit & quibus suo exemplo non nisi optimos & integerrimos quosque viros præficiendos esse uoluit. Harum institutum, doctrina, studium, & conuersatio cum diuina procul dubio sit atque cœlestis planè: quid est, quod his uel timidorum hominum & imbecillium fortunæ, uel Ethnicorum fato aut Imperij aut iuris in literas atque in Scholas rectè tribuere possis, Cedit itaque virtuti quæ literis continetur fortuna, & fatum illud inane diuinæ cedit prouidentiæ. Literæ enim inuentum sunt Deorum, quod neque potentia eripi neque fortuna surripi potest. Scholas autem quid rectius dicere possumus, quam conuersationem cœlestem, cœtum bonorum virorum, receptaculum virtutum, Consilium Principum, Seminarium rerum pub: & propagationem posteritatis? Has non tantum contemnere crudele, sed uel ignorare uel negligere etiam maxima turpitudinis pars est. Bellorum porrò turbulentia bona studia exagitare quidem & hanc cœlestem conuersationem cum dissipare, tum loco separare, euertere autem minimè: imò nec bellorum duces quidquam absque studiorum & literarum beneficio etiam in hoste uel aggrediundo, uel propulsando memorabile vnquam efficere possunt. Sed optimus miles is est, qui cum armis literas, consilium & prudentiam coniungere didicerit. Neque ergo fatum, neque fortunam, neque etiam bellorum iniuriam, aut vllam rerum vicissitudinem rectè illi accusare videntur. Sed si quod res est fateri liceat, ego ex ipsa Academiæ historia comperi, hanc calamitatem, quæ antiquissimæ huic & celeberrimæ Scholæ, ante annos XLVI. acciderat, ex solo literarum contemptu fuisse profectam.

ſectam. Ab eo enim tempore quo ſe homines indocti nobiliſsimæ iuuentuti ſtudioſorum opponere cœperunt, non ſolum ampliſsimus ille eruditiſsimorum uirorum cœtus, qui tum erat hîc frequentiſsimus, diſsipatus fuit atq; diſiectus: ſed alij etiam hac fama deterriti, hanc Scholam ueluti neruis ſuis, honore & virtutum premijs deſtitutam negligere cœperunt. Honos enim eſt qui non artes tantum & honeſtas diſciplinas ſed virtutum etiam ſtudia alit atque conſeruat. Quo amiſſo, quid eſt cur quis aut tot labores perferre, aut tot pericula, pro literis, pro virtute, pro Republica & pro Religione ſubire velit? Verum quod ipſa Academia hanc iacturam tot annos ſuſtinere coacta ſit, id ex ſola factum putem annalium iactura & rerum ante actarum ignorantia. Magna enim retinendæ æſtimationis cuiuſq; pars eſt, nouiſſe propriæ dignitatis gradū cauſam, modū atq; finem, Quæ cum exteris hominibus, & maxime illis qui ſibi falſam collapſæ noſtræ Reipublicæ conceperant opinionem, ignota hucuſq; fuerint, mirum non eſt, ſi difficile fuit priſtinam recuperare dignitatem. Cum autem ex ſingulari Auguſtiſsimorum Principum Cæſaris FERDINANDI & MAXIMILIANI Regis munificentia, Scholæ huic celeberrimæ dignitas & authoritas, non tam amiſſa quam labefactata, non reſtituta tantum ſed aucta etiam ſit, atque ita confirmata, ut cum quouis Germaniæ Gymnaſio, cum doctrina tum eruditiſsimorum hominum copia non iniuria poſsit conferri: nec minor ſit virtus quam querere parta tueri: turpe ſit autem in Magiſtratū conſtitutum eius Reipublicæ in qua uerſatur, officia, leges, iura & dignitatem ignorare: neque opere magis me pretium, neque hac Academia dignius unquam præſtare potuiſſe exiſtimo, quam ſi eius authoritatem priſtinam non ſolum à ſiniſtra ſuſpitione uindicem, ſed eas etiam excogitem rationes, quibus antiqua eius gloria in omnem poſteritatem propagari & immortalitatis laude conſeruari queat. Quod me eo ſiue Catalogo ſiue Calendario, in quod non viros tantum huius Scholæ

illustres, sed magnam etiam partem rerum ab eis pro literis gestarum, nuper inter grauissimas alias occupationes in quandam collegi ueluti tabulam, si non assecutum saltem uiam demonstrasse spero. Quòd si paulatim successores nostri quæ ipsi collegerint, conferre pergant, futurum arbitror, ut nos breui solidam antiquissimi huius Archigymnasij habituri simus historiam. Ex qua toti orbi tandem innotescat, quanta fuerit præ cæteris semper Scholæ huius nobilissimæ, cum dignitatis gloria summa, tum vtilitatis fructus, in omnes Reipublicæ partes vberrimi. Et cum infinita prorsus sint emolumenta, quæ facilè omnes in amorem huius celeberrimæ Academiæ pertrahere possint, illa certe uel sola immortalem eius famam æstimationem atq; gloriam red dere possunt. Quod præ cæteris totius Germaniæ Gymnasijs antiquissima fere sit: quod à Cæsaribus incæpta, à Cæsaribus aucta, à Cæsaribus conseruata, & in hodiernum usq; diem sub Cæsaris, Regis & summorum Principum floreat defensione & Imperio. Deinde quod ex celeberrimis totius orbis Gymnasijs Atheniensiũ Romanorum & Parisiorum studijs & legib. instituta, quod eruditissimis hucusq; semper abundauerit viris, & quod ex ea tanta summorum ingeniorum prodierit ad conseruandam hanc Rempublicam Christianam copia & vtilitas quantam nullis opibus liceat conferre, nec vllo æstimari possit precio nummario.

TVAE autem Magnificentiæ hunc laborem tenuem quidem, sed fidelem, præ cæteris qui occurrebant dedicare uolui: non quod opus putem tuis istis pulcherrimis virtutibus & summis in hanc Rempub: meritis vllo nomine dignum: sed quod ipsa Academia pia omnium virtutum ac optimorum virorum mater, sibi in primis gratuletur te ex suis quasi visceribus natum, ad eam iam creuisse dignitatem, in qua toti Imperio Rom: maximo sis ornamento ac eius authoritatem eò promouere possis quousq; ipse velis. Tam diu autem te velle speramus, quam diu te ex hoc Gymnasio profecisse non pœnitebit. Tum quod huic

Reforma-

Reformationi, per quam & Scholæ pristina sua dignitas restituta & Professoribus salaria, atq; omnibus cum disciplinarum, tum virtutum studijs præmia non parum aucta sunt, non author solum atq; monitor fueris gratissimus, sed fidelissimus etiam conseruator. Maximè vero quod tu dignus planè non mihi sed toti Gymnasio sis iudicatus, cui gratitudinem iam diu debitam, hoc publico ueluti testimonio declarare, atque gloriam honestissimæ tuæ familiæ pro summis istis virtutibus & maximis in hanc Academiam meritis, quantum in nobis sit, immortalem reddere studeamus. Quod etsi exiguo hoc opusculo assecuti non simus, spero tamen futuros, qui etiam maiora nomini tuo sint dedicaturi. Ego certè, si tuo mihi auxilio, à turbulentissimis istis forensium causarum molestijs ad studia mea iam diutius intermissa redire liceat: Omnem meam operam bonorum virorum immortalitati impendere decreui. Maximè eis qui huic Scholę (cui me & uitam & honorem meum atq; salutem perpetuò debere agnosco) summo semper fuerint emolumento & honori. Inter quos principem locum obtinent, Magnificus D. Sigismundus liber Baro ab Herberstain etc. Tua magnificentia. Celeberrimus I. C. Philippus Gundelius & Reuerēdus senex Ambrosius Salzer, sum̄a literarū ornamēta: quos hoc tēpore quatuor pręcipuas celeberrimi huius Archigymnasij colūnas asserere possumus. Quibus si non hanc tantum operam, sed illos etiam conatus probari uideam, quibus Academiæ huius laudem, gloriam, & fœlicitatem immortalē recuperare studeo: parū curabo quid alij aut reprehendere, aut desiderare uideantur. Vale uir optime, atque me, si non nimium peto, uel infimo clientum tuorum loco ita adscribe, ut me perpetuò conseruare uelis.

Datæ Viennæ Austriæ ipsis Calendis Aprilis. Anno
M. D. LIX.

GEORG: EDER. I. C.

Ad Magnificum & OMNI VIRTVTVM GENERE ABSOLVTISSIMVM VIRVM D. D

Georgium Gienger Cæsareæ Maiestatis secretiorem Consiliarium & pręfectum Laureacensem, alummum & Mecœnatem suum maximum.

DIGNE vir ad cœli sublimia sidera tolli,
Nominibus maior side patrone tuis:
Accipe fautrici missam tibi mente salutem,
Atq; per alternos condita verba pedes.
Non temerè mea Musa tuas nam fertur ad aures,
Quæ venit, illa tuo freta fauore venit.
Mente tuas quoties memori considero laudes,
Et Mecœnatis gesta reuoluo mei.
Gaudia concipio, tacitis applaudoq; votis,
Lætitiæ possum nec statuisse modum.
Gymnasii fueris GIENGERE *quod huius alumnus,*
Eq; meo vitam corpore natus agas.
Nam tua cum totum celebretur fama per orbem,
Pulset & Eoas occiduasq; plagas.
Quid ne mihi posset contingere gratius vnquam?
Te quàm de membris corporis esse mei.
Qui sis innata mihi cum pietate patronus,
Sæpe meis præstes rebus asylon opem.
Exhibeas gratam testantia signaq; mentem,
Quod benè de Studijs promeruisse velis.

Nec

Nec scio, si laudum præconia specto tuarum,
Gratia quæ meritis sit tribuenda tuis.
Res etenim tantum te promeruisse fatetur,
Vt tibi vix solui gratia digna queat.
Vtq; tuæ repetam breuiter primordia vitæ,
Emeritus quanta sis pietate senex.
Sæpius attento si pectore prisca reuoluo
Tempora, quæ studijs clara fuêre meis.
In mentem reuoco, teneris veneratus ab annis
Qua fueris sacras sedulitate DEAS.
Ætatis sub flore tuæ cum corporis esses,
Addictus studijs, pars aliquanta mei.
Pestis at Austriacæ cum terræ infecerat auras,
Qua sis in patriam laude reuersus humum.
Laurea de studijs tibi cum collata fuisset,
Natalisq; soli cum noua fama fores.
Postea cum leges esses, & iura sequutus,
Quicquid & arcani dogmata iuris habent
Iuridico fueris quod contribuente Senatu
E studijs nactus præmia digna tuis.
Ætatisq; tuæ taceam iuuenilis vt annos,
Conspicuus fueris quàm pietate fide.
Præsulis es celebrem mox inde vocatus in Aulam,
Qui CONSTANTINA *nomen ab vrbe gerit.*
Huius in arcanis vt Cancellarius esses,
Quæ fuit officio cura peracta tuo.
Vndiq; digna tuæ surgebat gloria famæ,
Nuncia virtutis non abolenda tuæ.
Quæ FERDINANDI *cum peruenisset ad aures,*
Qui Romanorum Regia sceptra tulit.
Ipsius ad Regimen GIENGERE *vocaris, ab* OENI
Vrbs vbi vicino nomina Ponte trahit.
Et tua cum perspecta foret prudentia Regi,
Atq; in consilijs integritasq; fides.

A Factus

Factus es ipsius Vicecancellarius aulæ
Te memini placidè quas obiisse vices.
Omnibus hic Palmam sed præripuisse videris,
Huius qui curæ sustinuêre vices.
Nam tàm mansuetus, placidus, responsa benignè
Omnibus, innata pro bonitate, dabas.
Non tua spectabas, sed publica commoda tantùm,
Sicut abhuc huius præmia laudis habes.
Publica res equidem tibi se debere fatetur
Omnia, quod passim publica vota probant.
Hoc sed eras septem cum munere functus in annos,
Virtutes fama suspiciente tuas:
Dignaq; cum partæ præconia laudis haberes,
Et meritis essent omnia plena tuis.
Emeritus miles Rhetensis regna Ducatus
Rexisti imperij pro grauitate tui.
Atq; ibi cum placidæ fruereris pace senectæ,
Et veheret laudes subdita terra tuas.
Ad latus, es rursus reuocatus, Regis vt esses,
Huius ab arcanis consilijsq; fores.
Munus adhuc tanta quod laude vir inclyte præstas,
Et virtute tua tàm vigilanter obis.
Vt te tota colat Respublica numinis instar
Et te propenso pectore Cæsar amet.
Hæc tua cum virtus toti sit cognita mundo,
Te manet æterni nominis amplus honos.
Famaq; quæ nullos est deperitura per annos,
Quæ venit è meritis gratia digna tuis.
Nobilium serie cùm sis generosus auorum,
Splendorem referat stirpis & VLMA tuæ.
Stemmata non iactas nec auitæ stirpis honorem,
Quod genus è celebri nobilitate trahas.
Sed, benè cum meritus fueris, Respublica grates
Quod tibi perpetuæ munere laudis agat.

Quod-

Quodq́ tui fratres octo, tibi sanguine iuncti,
Viuus adhuc quorum pectora sanguis alit:
Sint tua deuotè vestigia clara sequuti,
Idq́ ex instinctu vir generose tuo.
Quilibet atq́ horum seruitia certa Monarchæ
Munere quod præstet vir venerande tuo.
Vltima nec laus est qua tu GIENGERE *triumphas,*
Dum te curarum grande fatigat onus:
Ecq́ tuis humeris dum summa negotia pendent,
Quod faueas studijs nomine req́ bonis.
Quod mihi ceu matri nutritia præmia reddas,
Et me qua possis parte iuuare iuues.
Est mihi si verum paucis fas dicere verbis,
Summus es ætatis Magne Vir huius honos.
Macte modo venerande senex, caput insere cœlo,
Extende & meritis nomina parta tuis.
Omnia cum pereant, quæcunq́ potentia mundi
Iactitat, exitio fama parata caret.
Mortis et est expers virtus, quæ sola triumphat,
Hæc etiam laudes tollet in astra tuas.
Vindicet & benè cum meritos à morte Poesis,
Tu mihi victura laude canendus eris.
Cum tua Mæonio dicent præconia versu,
Pegaseis vates turba dicata choris.
Quod facis, interea me quæso tuere clientem,
Vtq́ tibi faueant fata secunda, Vale.
Vitus Iacobæus Poeta Laureatus.

EPIGRAMMATA AD EVNDEM MAGNIFICVM D. Giengerum, & fratres eius Viros nobilitate & virtutib. clariss.

Officijs præsint Diui cum Cæsaris omnes,
Quos non indigno fratris amore foues.

Hæc etiam placido capias epigrammata vultu,
Quæ celebrant stirpis lumina tanta tuæ.

AD D. IACOBVM GIENGER CAEsar: Consiliarium & Austriæ super Onasum Vicedominum.

Proximus vt fratris IACOBE *accedis ad annos,*
Non minus officij sic tibi cessit onus.
Quod tibi Cæsarei commisit dextra fauoris,
Cæruleas ANASI *lambit vbi Ister aquas.*
Iure tui magno gaudes de nomine fratris,
Quem non exiguo Cæsar amore fouet.
Summa tot incolumis viuit qui gloria fratrum,
Munera quos Domini cernit obire sui.
Viue diu fœlix, seri post fata nepotes
Ampla GIENGERI *nomina laude vehent.*

AD D. EITEL IOHANNEM GIENger Præfectum Veldkirchij.

Militiæ magnus iuuenem te cœperat ardor,
Cum Ducis Austriaci castra sequutus eras.
Inde probata fides tua cum feliciter esset,
Est tormentorum tradita cura tibi.
At modo VELDKIRCHI *magna præfectus in arce,*
Cæsareo dicis nomine iura viris.
Ceu patrium nomen veris virtutibus ornas,
Semina sic generis spargito plura tui.

AD D. ANTONIVM GIENGER S. Cæs. Maiest, Rationum Cameræ inferioris Austr. Consiliarium &c.

In dubio positum est ciuilis an aulica vita,
Prudenti potior sit reputanda viro,

Commo-

Commoda nam quæuis sua possidet, atque molestis
Vtraque sentitur plena subinde malis.
Si quid habent grati fructus tu percipis ambos,
Fratribus ANTONI *semper amate tuis.*
Nam tibi Cæsarea non est leue munus in aula,
Teque colit ciuem magna Vienna suum.

AD D. LEONHARDVM GIENGER Cæsareũ. Consiliarium & filiarum Cæsaris præfectum.

Tu quoque de numero fratrum LEONHARDE *tuorum,*
E vera laudem nobilitate capis.
Cum tua sit pietas, cum spectatissima virtus,
Te merito voluit Cæsar adesse suis.
Nam data Cæsareæ tibi cura est altera prolis,
Nomen vbi ex OENI *moenia ponte trahunt.*
Vt patrium LEONHARDE *genus virtutibus auges,*
Nomina sic stirpis multiplicato tuæ.

AD D. COSMAM GIENGER CAE: Consiliarium & Supremum Telonij Altenburgensis præfectum.

Quod tibi non minimos Cæsar commisit honores,
O COSMA *generis gloria magna tui.*
Emeruit virtus hoc & prudentia rerum,
Qua duce commissum munus obire soles.
Vngaricis ingens argenti pondus ab oris
Colligit officij sedula cura tui.
Annua Cæsareo dum vectigalia fisco
Non minimas illinc conuehis inter opes.
Dumque tui sequeris dextrè vestigia fratris,
Nomine cum fratris tu quoque clarus eris

AD D. GVLIELMVM GIENGER Cameræ Tyrolensis Consiliarium.

Nomen ab ingenio venit quodcunq; profectum
Durat, & ex summis fertur id esse bonis.
Quod tua cum GVLIELME *tibi doctrina pararit,*
Ingenuæ specimen nobilitatis habes.
Æmilio Regi satis es virtute probatus
Nanq; tibi ipsius cura cubilis erat.
At modo non minimis te Cæsar honoribus auxit
Te quoq; cum Fiscum iussit obire suum.
Inq; suo voluit te nomen habere senatu
Ad tacitas OENI *qui modo floret aquas.*
Ergo tuo merito laudem cum fratre mereris,
Hoc precor, hoc vtinam fratre fruare diu.

AD D. BARTHOLOMAEVM GIENGER Sereniſſ. Bohæmorum Regis Falconum Magiſtrum.

Giengeros inter non infima gloria fratres
Et generis magnum BARTHOLOMAEE *decus.*
Militiæ, studio venandi clarus es arte,
His exercitijs nobile nomen habes.
Ergo suam merito te Rex asciuit in aulam,
Nec leuis officij nomen habere dedit.
Dum facis accipitres ludis regalibus aptos
Quos in delitijs MAXMILIANVS *habet.*
Perge Duci gratum semper te reddere tanto,
Principibus laus est magna placere viris.

AD D. IOHANNEM GEORGIVM Gienger Capitaneum arcis Petſchau.

Si minor es natu, tamen hos virtutibus æquas,
Quos tibi fraterno sanguine iunxit amor.
Cæsarei curam castri geris ergo Georgi,
Hic vbi fæcundos Petscha tuetur agros.

Viue

Viue diu fratrum tota cum stirpe superstes
Et vestrum factis amplificato genus.
Sic GIENGERORVM *nullo morietur in æuo*
Sed celebri semper laude manebit honos. *Dionis: Puc.*

ACADEMIA VIENNEN:

AD NOBILISSIMVM ET MAGNIFICVM VIRVM DOMINVM LEONHARDVM PVCHLER A WEITEnegg Cæsareum Consiliariũ & Sereniss: Bohæm: Regis D. Maximiliani Cancellarium, optimum bonarum literarum fautorem & patronum.

DVm soceri claræq; domus præconia surgunt,
Atq; suo cunctis ordine fertur honos:
Tu Gener haud quaquam nobis indictus abibis,
Vnus vt est sanguis sic erit vnus honor.
Hactenus indigno vexata Academia luctu
Quæ iacui, tristes pallida & ægra genas:
E latebris specie fœda prodire verebar,
Et mecum taciti plena doloris eram.
Fallebam solito tempus mœrore diurnum,
Solabar fletu noctis opaca meo.
Audijt, vt domui casu successit EDERVS
Audijt, atq; imo pectore perdoluit.
Nec mora proripiens sese spondebat amicum,
Spondebat sacram magnus EDERVS *opem.*
Verba fides sequitur: primum mihi robur ademtum
Per lacera insinuat membra, labore pio.
Hinc solidum renouat fœdata per ora vigorem,
Abstergens facili nubila nigra manu.
Hinc alias vires addit, morboq; represso
Præclaros nobis iungit amore viros.
Ergo vbi sceptrigeras FERDNANDVS *cepit habenas,*
Cæsaris ante oculos iussa subire fui.

Primus

Primus hic Augusto sanam complexus amore,
Hic responsa mihi plena fauore dedit.
Indè vbi finierat præclarum Carolus æuum,
Iunior accessum Carolus ille dedit.
Iamq́ꝫ valens penetro magnorum tecta virorum,
Me sibi Cæsareo quisquis honore capit.
Nunc tua progredior Mecœnas digne sub ora,
Te facilem cupio conciliare mihi.
Quæ virtus animum, doctrinaq́ꝫ dulcis adornet,
Iamdudum nobis commemorata putes.
Nec frustra Imperij sacro diademate cinctus,
Seria consilijs credidit acta tuis:
Aut te participem rerum vult esse suarum,
Qui Regale gerit Maxmilianus opus.
Huc ades, & nostri propensam suscipe curam,
Doctaq́ꝫ perdocto corde Lycæa iuua.
Florida Teutonicas vernabam prima per oras,
Nec Studio sedes clarior vlla fuit.
Præcipuum rursus se tollet ad ardua nomen,
Destituar tantis ni labefacta viris.
Quod mihi principium, qualis progressus, & iste
Iam status, e culto sunt manifesta libro.
Hic quantum Cæsar, magni Regesq́ꝫ, Ducesq́ꝫ,
Præstiterint vario tempore, nosse potes.
Viuit vt illorum nobis benè fida voluntas,
Vestra leget serus sic benefacta nepos.
Quod decuit magnos Heroas ab ordine primo,
Te nunc Heroem posse decere puta.
Gratia per nostros æterna exurget alumnos,
Gratia supremos non subitura rogos.
Flore suo video celebrem turgescere famam,
Eccè venit meritis candida fama tuis.
Vergit ad interitum, quicquid produxerit orbis,
Virtus exitij nescit habere diem.

Elias Coruinus Poeta Laureatus.

1237

INITIA *celeberrimæ huius & antiquißimæ Academiæ iacta sunt à Friderico* II. *Cæsare Germano* XXIIII. *bonarum artium multarumq; linguarum peritißimo Anno* 1237. *Is rebus & terra & mari maximis fœliciter peractis, atq; filio suo Cunrado in futurum Cæsarem electo, Scholam hic Viennæ instituit amplißimam. Nam vt se virtutibus & prudentia magis, quàm vllis alijs præsidijs, ad summum hoc decus atq; fastigium euectum intelligebat, ita prudentiß. Imperator parum esse putabat filio magnum relinquere Imperium, nisi ipsam prius Remp. illis confirmaret disciplinis, quibus & Imperij maiestas retineri, & vires Reip. Christianæ indies possent augeri.*

QVI *autem ab eo tempore Rectores, aut quæ illorum fuerit succeßio, ob annales aut tum temporis neglectos, aut bellorũ grauißimarumq; mutationũ frequentiã amissos, in specie quidem omnes enumerare non possumus, id tamen certum esse constat: hanc Scholam annis* 118. *continuis in maximo fuisse flore, atq; doctißimis semper abundasse viris. Qui, vt rectè ex huius Imperatoris Friderici* II. *diplomate quodam, vir summæ eruditionis & maximi nominis* WOLFG. LATZIVS *Medicinæ Doctor & Professor, Cæsareus Consiliarius & Historicus innuere videtur, plenam iam tum habuerint potestatem, in omni artium genere creandi Doctores.*

1365

TEMPORE AVTEM CAROLI IIII. *Imperatoris grecè & latine doctißimi, qui magnam sibi ex aureæ Bullæ promulgatione comparauit laudem: vbi Scholæ huius frequentia atq; celebritas apud exteros etiam*

populos ita innotuisset, vt homines pij tandem intelligere inciperent, nihil scholis atque honestis disciplinis neque ad conseruandam veram Christianæ religionis doctrinam, neque ad retinendam publicam in Reb. ciuilib. concordiam efficatius vel excogitari, vel institui posse: ibi tum Augustissimi Principes & Duces Austriæ, RVDOLPHVS IIII ALBERTVS III. & LEOPOLDVS II. *fratres ex Alberto* II. *Germani, ex singulari bonarũ literarũ amore scholam hanc antiquissimã, vt illis domestica esset atque intima, et quo securius boni viri Philosophiæ studio incũbere possent, ad supremam huius vrbis curiam, in suam quasi familiam transtulerunt, atque ex ea de nouo publicum hoc & Augustissimum instituerunt* GYMNASIVM.

CVI *primum amplissimus locus atque totum illud spacium latissimũ quod ab ipsa curia iuxta vrbis mœnia à meridie versus occasum ad portam quæ vulgo dicitur Scotorum vsque protenditur, destinatum fuit atque Decretum. Mox optimi Principes amplissimis id dotarunt censibus ac summis illustrarunt priuilegijs. Professoribus honestissima statuerunt stipendia: atque hominib' eruditis veluti præmia quædam virtutis & doctrinæ, varios dignitatis gradus ac summos decreuerunt honores.*

TVM ETIAM, *vt nihil quod ad solidam pertinet Remp. deesset, vocati sunt huc ex antiquissimis & probatissimis Scholis viri aliquot eruditione & prudentia Clarissimi, qui hanc Academiam iisdem instituerent moribus atque disciplinis, quibus olim celeberrima totius vrbis Gymnasia, apud Grecos Atheniensium, apud Latinos Romanorum, apud Gallos Parisiorum fuerant instituta: vt ex optimis maiorum studijs optimam facerent Scholam.*

ATQVE *penes hos omnem tum Academiæ huius authoritatem & arbitrium per annos pene duodecim positum fuisse,*

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
		tum fuisse, id vel ex eo coniicere licet quod ante annum 1377. *ex annalibus nostris nemo hactenus sit repertus, qui sibi nomen hoc Rectoris solus vsurpasset.* CIRCA *hunc annum dicitur obiisse Illustrißimus Austriæ Dux Rudolphus* IIII. *primus huius Academiæ fundator: Sepultus hic Viennæ in templo Diui Stephani, quod eodem anno fundauerat.*	
1377	1	HOC AVTEM *anno ceperunt eligi & scribi Rectores: ac primus huius Academiæ Rector fuit* Ioannes de Randegg Constantien. & Augustensis Ecclesiarum Canonicus. INVENTAE *sunt circa hoc tempus bombardæ instrumenta bellica.*	430
1378	2	Conradus Comes de Hochenberg Clericus Constantiensis diocœsis. MORITVR CAROLVS IIII. *Imp. cui sequenti anno successit filius eius Wenceslaus.*	34
1379	3	M. Colomannus Kolb.	49
1380	4	Rodolphus Comes á Schaunberg.	58
1381	5	M. Gerhardus Vischbeckh. FLORVERVNT *Burckhardus de Rotenburg restaurator Platõicæ disciplinæ, propter eruditionẽ singularem doctus Plato dictus. M. Cunradus & M. Nicola-*	32

 us de

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
		us de Vtrimo excellentissimi Ducum Austriæ Medici. Sub quorum disciplina viuebant Generosi & nobiles D Hieronymus de Liechtenstain, Georg de Hohenloch Baro, D. Gotfridus & Pruno de Scharffenstain, Gotfridus de Lembach, Franciscus de Presing.	
1382	6	M. Petrus Engelhardus de Herberstorff.	111
1383	7	Donaldus Albas monasterij Scotorum Viennensis.	100
1384	8	M. Colomannus Kolb. II. SVB *id tempus atq; hoc ipso anno Opt. Princeps & Dux Austriæ* ALBERTVS III. *dicti Rudolphi* IIII. *frater Germanus, cum videret publica studia aulico strepitum turbari, transtulit Academiam ad locum quietiorem Prædicatorum monasterio proximũ, coemptis ad hoc amplissimis ædibus, quas olim Templarij inhabitasse, & quæ hodie Archiducale dicuntur Collegium: In quo perpetuo duodecim habitarent Collegæ, artium & Philosophiæ Professores.* PRIMI *Collegæ fuerunt Heinricus Langenstain de Hassia, Heinricus de Oeta, Conradus de Calkar, Colomannus dictus Kolbeckh, Petrus de Herberstorff, Ioannes de Russpach, Stephanus de Encesdorff, Lambertus de Geldria, Andreas Langenstain de Hassia, Heinricus de Odendorp, Michael de Franckfordia, Hermannus de Treysa.* AD HAEC *quod paulo ante Augustissimi fratres in prima fundatione vnice studebant vt esset hæc*	169

Academia

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
		Academia celeberrimis Athenien. Roman. & Parisiorum Scholis, cum moribus & studijs, tum priuilegijs atq; doctrina quàm simillima, id prudentissimus Princeps non attigisse tantum, sed prope assecutus esse videtur. Statuta enim & priuilegia Scholæ huius omnia, ad verbum pene ex Parisiensiū fundatione petita sunt. Quin longe auctiora priorum Principum fecit priuilegia: dum liberam huic Academiæ concedit potestatem, vt quod Consistorium pro rerum necessitate statuerit pro lege seruetur. MAGISTRATVS *autem Rectorum huc vsq; annuus fuit: posthac singulis semestribus officia publica mutari cœperunt.*	
	9	M. Ioan. Plebanus in Mergen. Canonicus Viennen & Patauien. CONFIRMANTVR *Academiæ priuilegia ab Vrbano Pontifice* VI. SCRIPTO *publico obligatur* S. P. Q. *Viennensis, se nihil vnquàm contra Academiæ priuilegia facturos, nec id alijs impune permissuros.*	167
1385	10	Heinricus de Odendorp. Coloniensis Licentiatus Legum. ANTE *hac Theologiæ professio in hoc Gymnasio ordinaria non erat, aut saltem Collegium nondum approbatum: sed hoc primum anno pius Princeps & Dux Austriæ Albertus* III. *hanc facultatem à summo Pontifice Vrbano* VI. *impetrauit: vt etiam Christianæ religionis doctrina hic profiteri, & hominibus eruditis insignia siue gradus & honores in ea pro cuiusq; dignitate, non minus quàm in alijs artibus atq; disciplinis conferri possint.*	112

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
		FVERVNT *autem primi in hac Academia Theologi, Heinricus de Haßia, Heinricus de Oëta, Nicolaus de Dunckhelſpuhel, & Thomas de Haſelbach.*	
	11	Conradus Comes de Hochenberg II. VITA *perfungitur Leopoldus* II. *Dux Auſtriæ primus huius Academiæ fundator: cuius corpus quieſcit in cœnobio Regij Campi.*	88
1386	12	M. Colomannus Kolb III.	68
	13	Hermannus Lurtz de Norinberga artium & Medicinæ Doctor Theologiæ Baccalaureus.	98
1387	14	Fridericus de Gars Decretorum Baccalaureus.	68
	15	M. Petrus de Herberſtorff Canonicus Viennenſis & Patauien. II. ALBERTVS II. *Dux Auſtriæ rebus multis præclare geſtis pie moritur: ſepultus Gemingæ in cœnobio quod ipſe fundauerat, Carthuſianorum.*	85
1388	16	M. Georg Gerhardus Viſchpeckh Canonicus Viennen. & Oſnaburgenſis. SESSIONIS *& proceßionis, quam maiores noſtri rotulam vocabant, ordo conſtituitur.*	94

Ioannes

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
1389	17	Ioannes Gallici Vradiſlauienſis Medicinæ Doctor. STATVTA *quatuor facultatum quæ ſuperiorum Rectorum induſtria, ex vſu quotidiano per decennium integrum collecta fuerant, confirmantur à ſummo Pontifice Vrbano* VI.	93
	18	M. Lambertus de Gelria. CIRCA *hoc tempus inclytæ facultati iuridicæ, domus illa ampla quæ vulgo dicitur Schola Iuriſtarum, & in qua huc vſque Iura docentur, ex liberalitate Sereniſſimi Principis Alberti* III. *Ducis Auſtriæ donata eſt.*	241
1390	19	Geyſelherus Doborkou Decret. Licenciat.	75
	20	Hermannus Lurcz Medicinę Doctor II.	66
1391	21	M. Stephanus de Entzendorff Baccalaureus Theologiæ.	83
	22	M. Ioan. Ruſpach.	95
1392	23	Marguardus de Randegg Eyſtenſis & Auguſtenſis Canonicus.	42
	24	Hermannus de Treyſa Med. D. Canoni. Viennenſis.	67

ACA-

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
		ACADEMIA *Erphurdiensis à Dagoberto Galliæ Rege instituta.*	
1393	25	M. Andreas Langenstain.	103
	26	M. Heinricus de Langenstain.	43
1394	27	M. Leonhardus Schauer Decretorum D.	29
	28	M. Ioannes Gallici Vradislauiensis: Medicinæ D. Illustriss. Ducis Austriæ Alberti III. Physicus. INFRA *hoc decennium claruerunt Heinricus de Woldonis de Mediolano Medicinæ Doctor excellens, & Ioan. de Gartzonbr. de Venetis insignis* I. C. & *professor ordinarius.* STVDVERVNT *hic D. Albertus Princeps in Anhaldt Comes Ascaniæ, Gebhardus Comes de Mansfeld Canonicus & Thesaurarius Magdeburgensis, Wilhelmus Comes de Montfort, Paulus de Polham Canoni. Patauiensis, Ioannes Dominus de Scharffenberg Canonicus Patauiensis, Cunradus de Puechperg Canonicus Patauiensis, D. Ioannes Comes de Zigenhain Moguntinen. & Treuirensis Canonicus, Dominus Guntherus de Ryffenberg Can. Moguntin. & Spiren. D. Hartmannus Comes de Kyburg.*	63

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
		de Kyburg, D. Nicolaus Episcopus Warnen. Suffraganeus Pataniensis.	
1395	29	Wolfhardus Mayr Licentiatus in artibus.	50
	30	M. Colomannus Kolb IIII.	69
1396	31	M. Colomannus de Noua villa.	103
	32	M. Martinus de Walsee Medicinæ Professor.	69
1397	33	M. Colomannus Kolb V. OBIIT *Heinricus de Hassia primus in hoc Gymnasio Theologiæ Professor.*	123
	34	Stephanus de Entzendorff Canonicus Viennensis II. MORITVR ALBERTVS III. *Dux Austriæ primus huius Academiæ fundator, in Arce Laxenburg: conditus Viennæ in Basilica D. Stephani.* IS *tantam habuit Academiæ curam, vt singulari statuto pro se & successoribus cauerit: Ciues Viennen. quotannis dum nouus creatur vrbis huius Consul. admonendos esse, vt Rectorem & totam Academiam non commendatos tantum habeant, sed etiam priuilegia Scholæ quantum in ipsis fuerit, tueri & defendere velint. Id quod in hunc vsque diem, tanta seruatur reuerentia, vt cæteris omnibus circum-*	52

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		circumstantibus, soli Rectori detur in Amplissimo Cæsareo consilio sedendi locus. IDEM *etiam ex consensu Innocentij* VI. *&* *Vrbani* V. *Pontificum Ro. statuit, vt quilibet præpositus Viennensis esset Archicancellarius Austriæ, Princeps & Prælatus infulatus.* FVIT *autem primus Præpositus & Cancellarius Vniuersitatis Viennen. Albertus à Garsio, circa annum* 1365. *Secundus vero Berchtoldus sub annum* 1382.	
	35	Conradus de Penorn Decret. Doctor. ACADEMIA *Colonien. erecta est sub Pontifi. Vrbano.* IN *qua me ad septennium fere Eleemosina educatũ, atq; Magisterij gradũ ope et patrocinio Episcopi cuiusdã Lundinen. exulis D. Ioan. Coblæi, Andreæ Bartuuick, Mathiæ Aquensis, Iacobi Hochstrati et Hermanni Schilderi S. Theologiæ Licenciatorum, & D. Petri Canisij consecutum esse, gratitudinis causa perlibenter fateor & agnosco.*	71
1398	36	M. Hermannus de Treysa Medi. Doctor.	76
	37	M. Petrus Deckinger Viennensis.	81
1399	38	Magister Lambertus de Gelria II.	59
	39	Casparus Marselstain Decret. Professor. ACADEMIA CRACOVIENSIS *exordium cœpit.*	50

Ioan-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1400		Ioannes Sylber Medicinæ Doctor.	76
	40	LEOPOLDUS III. *Dux Austriæ, posteaquam Arcem in Noua Ciuitate instaurasset, naturæ placide concessit : Sepultus Viennæ in Templo D. Stephani.* III. *Præpositus Viennen. et Cancellarius Vniuersitatis.*	*Anthonius.*
1401	41	M. Nicolaus de Matzn.	136
	42	M. Ioannes Beruuardt de Villingen.	118
4402	43	D. Schifeslerus Decret. Doctor. ORNANT *hanc Scholam Conradus Rhanhofer Norinberg. I. V. Consultissimus. M. Bertoldus Leopoldi Ducis Austriæ Physicus excellens. Georgius Comes de Leuuenstain. Martinus Comes de Stongeoio. Symannus de Scharffenstain Canonicus Moguntinen.*	142
	44	D. Nicolaus de Furstenfeld Med: Doctor.	72
1403	45	M. Ioannes Beruuardt de Villingen, Baccalaur: Theologiæ, II. ACADEMIA *Herbipolensis seu Wirtzburgen. in Francia Orientali instituta, septem tantum durauit annis.*	118
	46	Petrus de Treysa Theologiæ Doctor. NATVRAE *debitum soluit Albertus* IIII. *Dux Austriæ Alberti tertij filius: Sepultus Viennæ in Templo* D. STEPHANI.	76

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1404	47	M. Petrus Deckinger Theologiæ Professor, Canonicus Viennensis II.	69
	48	M. Lambertus de Gelria Theologiæ Professor III.	70
1405	49	Conradus Geglaër. E X *vita decessit Wilhelmus Dux Austriæ, Leopoldi* II. *filius: Sepultus Viennæ in Templo D. Stephani.* DONAVIT *pius hic Princeps Academiæ octingentos florenos annuos, ex Thelonio Ypsensi.*	22
	50	Nicolaus de Dinckelspuhel Baccalaureus Theologiæ.	9
1406	51	Heinricus Pernstain Decret. Doctor.	18
	52	Hermannus de Treysa Med. Doct. III.	39
1407	53	M. Petrus de Tzach de Pulcka.	96
	54	M. Ruthgerus Dole Canonicus Viennen.	90

Heinricus

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	55	Heinricus de Kurzpuchel Decretorum Doctor, Canonicus Frisingensis. CIVIS *quidam Viennensis Christophorus Ötzesdorffer in euentũ quo filius suus quem vnicũ habebat impubes, vt contigit, decederet, legauit bona sua omnia Vniuersitati Viennen. vt ex ijs perpetuo* 10 *studiosi alerentur Austriaci. Ex quibus bonis comparata est Domus, quæ nunc dicitur* BVRSA *Agni, antea dicta Bursa Sprenga.*	15
1408	56	Ioannes Sindrann Decret. Doctor.	50
	57	M Ioan. Fluckh de Phulendorff Baccalaureus Theologiæ.	173
1409	58	M. Michael Suchenschatz. ERIGITVR *hoc anno* ADADEMIA LIPSENSIS *deducta ex Pragensi propter sectam Hussitarum.*	97
	59	M. Petrus Deckinger III.	134
1410	60	M. Hermannus de Treysa Medicinæ Doctor IIII. COEPIT *hoc anno* ACADEMIA INGOLSTADI-	75

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
		ENSIS *Bauariæ, ex Archigimnasio Viennensi.*	
1411	61	M. Iohannes Wittich.	218
	62	M. Petrus de Pulka, II. PRAEFICIVNTVR *Scholæ huic quidā quasi tutores & conseruatores, qui eam ab omnibus molestationibus & iniurijs tueantur & defendant: Episcopus Ratisponensis, Episcopus Olomucensis. & Abbas Monasterij Scotorum Viennensis: Qui deinde aliquoties mutati, ac alij subinde atque alij designati sunt conseruatores.*	155
1412	63	Gotfridus Harscher Decanus Ecclesiæ Augustensis. IIII. *Præpositus & Cancellarius Academiæ Viennen. Wilhelmus Tuers.*	244
	64	Ioan. Eygel de Noriberga Medicinæ Doctor. PLACET *inclytæ facultati Medicæ, ne cui medendi artem liceat exercere, nisi à Collegio probetur, ac vt bis in anno visitarentur pharmaca.*	204
1413	65	M. Theodoricus de Hamelburg Theologiæ Baccalaureus.	280
	66	M. Ioan Fluck de Phulendorff Theologię Professor II.	186

ILLV-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		ILLVSTRES *erant hoc tempore Ioannes Naso Pragensis Iu. Consultus celeberrimus. Galeatius de S. Sophia de Padua. Ioannes Schurff de Valle Ein de Padua, Christianus de Susato, Medici insignes.* LITERIS OPERAM DABANT, *Wilhelmus de Hirnhaim Canonicus Augustensis, Reinhardus de Helmstat Canonicus Spirensis. Fridericus de Waldeckh Canonicus, Moguntinensis. D. Ioannes de Neidegg, Eberhardus Karling, D. Thomas Comes de Werthaim, D. Hermannus Episcopus Frisingensis.*	
	67	M. Petrus Deckinger Decretorum Licenciatus, Vniuersitatis Viennensis Vice Cancellarius IIII. AB *Alberto Austriæ Duce quinto, noua conficiuntur Satuta.*	250
1414	68	Nicolaus de Herberstorff Medicinæ Doctor. INCHOATVR *Concilium Constantiense sub Ioanne* P P XXIII *& Sigismundo Imperatore.*	112
	69	Magister Vlricus de Patauia Theologiæ Baccalaureus. XXI. *Septembris natus est Fridericus* III. *Romanorum Imperator, Archidux Austriæ Ernesti Filius cognomine Pacificus.*	247
1415	70	M. Zacharias de Monaco Theologiæ Baccalaureus.	148

Ioannes

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
	71	Ioannes de Westfalia Decretorum Doctor.	162
1416	72	M. Iohan Rockh Artium & Medicinæ Doctor	99
	73	M. Ioan. Angerer de Muldorff Præpositus Gurnicen. DIRIMITVR *contentio inter facultates, I. C. maxime orta & Medicos, atq; decernitur, vt Theologi primum, I. C. secundum, Medici tertium, Magistri qui & ipsi Doctores esse volunt, vltimum haberent locum.*	186
1417	74	Magister Theodoricus de Hamelburga Canonicus Viennensis II.	122
	75	Iohan. Sinderann Decretorum Doctor II.	132
1418	76	M. Vdalricus Grunwalder Art. & Medi. Doctor. OBIIT *in Magistratu eiq; successit,*	94
	77	Michael Falco Artium & Medi. Doctor.	23

M. Geor-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1419	78	M. Georgius de Horaw.	193
	79	M. Lambertus de Geldria Theologiæ Professor IIII. OBIIT *eiq́ successit,*	4
	80	M. Christianus de Grätz. ALBERTUS V. *Archidux Austriæ, ducit in Vxorem Elisabetham filiam Sigismundi Imperatoris.*	73
1420	81	M. Paulus de Vienna Licenciatus Decret. COEPIT *Academia Rostochiana in Ducatu Megapolitano ex Erphordensi.*	191
	82	Stephanus Spetzhard Medicinæ Doctor. EMPTA *est Bursa Silesitarum ex fundatione Canonici cuiusdam Vratislauiensis Nicolai Klebitz.*	124
1421.	83	M. Iohannes Zinck Theologiæ Baccalaureus. SORTITVR *hæc Academia ex peculiari Priuilegio Vrbani Pontificis V. Iurisdictionem liberam & separatam, vt Rector & Consistorium in membra huius Scholæ omnia infra muros vrbis comprehensa cuiuscunq́ gradus & conditionis sint aut dignitatis, in causis tam ciuilibus quam criminalibus & vitæ & necis plenam habeant potestatem.*	108

D. Petrus

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	84	Petrus de Pulka Theologiæ Doctor III. D. *Nicolaus de Herberstorff donat Ædes suas sitas in platea Weihenburg inclitæ facultati Medicæ, quæ mox à Ciuium liberatur seruitute pro Collegio Medicorum.*	100
	85	Ioannes Seld Decretorum Doctor. EIVS *nominis & familiæ fortaßis eiusdem Mæcenatem & Patronum hæc Academia maximum nacta est* GEORGIVM SIGISMVNDVM SELD *I. C. Augustanum, Diuorum fratrum Caroli V. & Ferdinandi I. Imperat. Procancellarium & Consiliarium intimum: Virum pietate grauem & prudentia insignem: summum atque celeberrimum totius Germaniæ* ORATOREM.	160
1422	86	Heinricus Stoll Medicinæ Doctor.	138
	87	M. Narcissus Hertz de Prechingen Theologiæ Baccalaureus.	294
1423	88	M. Thomas Ebendorffer de Haslpach Theologiæ Baccalaureus.	177

M. Pau-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	89	M. Paulus de Vienna Decret. Doctor II. FATIS *cedit Ernestus Archidux Austriæ Friderici senioris frater: Sepultus in cœnobio Campi liliorum.*	220
1424	90	Ioannes de Paungarten Medici. Doctor.	111
	91	M. Ioan. Himel Theologiæ Baccalaureus.	159
1425	92	Petrus de Pirhenwart Theolog. Doctor.	140
	93	Conradus de Halstat Decretorum Doctor,	206
1426	94	Erasmus Rieder Artium & Medicinæ Doctor. FVNDATVR *hoc anno* ACADEMIA LOVANIENSIS *à Iohanne Duce Brabantiæ.*	139

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	95	Magister Vrbanus de Mellico Theologiæ Baccalaureus. FLORVERVNT *Marcus de Luthouia. Ioan. Aygel, Heinricus Stol de Hamelburck, Michael Puff de Schruckh Medici excellentissimi.* DABANT *operam literis Illustres D. D Thomas Dux de Limbach & D. Dionisius Dux de Limbach, qui ab Alberto V. Austriæ Duce tum Rege Hungariæ & Bohemiæ, confirmatus fuit in Episcopum Strigoniensem, D. Oswaldus Comes de Artnberg, Conradus & Ioannes de Papenhaim Marschalchi, D. Vdalricus Comes de Oting, D. Ioannes Comes de Helffenstain, D. Nicolaus Episcopus Iauriensis, D. Ioannes de Vestenberckh, D. Conradus Arnoldi, D. Rabanus de Lebenstain, D. Reichardus de Lapide, Canonici Moguntinenses.*	135
1427	96	M. Iohan Geuss de Teyning Theologiæ Baccalaureus.	82
	97	Iohannes Seld Decretorum Doctor II. CIRCA *hæc tempora singulæ facultates suum sibi delegerunt Patronum, cuius vestigia sequerentur: Theologi D. Ioan. Euangelistam, Iureconsulti D. Iuonem, Medici Cosmam & Damianum, Philosophi D. Catharinam: in quorum diebus festiuis, etiamnum hodie solemnes fiunt Conuentus & orationes publicæ.*	79
1428	98	Ioannes de Paungarten Medicinæ Doctor & Professor. II.	105

M. Io-

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
	99	M. Ioan. Angerer de Muldorff II. MORITVR *Anno* M. CCCC XXXII.	185
1429	100	Thomas Ebendoffer Theologiæ Doctor & Professor II. Is *Scholæ huius statum, temporum vicißitudine diminutum, summa diligentia restaurare conatus, multa pristino vigori restituit.*	152
	101	Conradus de Halstat Decret. Doctor II. ACADEMIAE *præficitur in custodē & conseruatorem Priuilegiorum quilibet Marschalchus Austriæ: Quo offitio tum temporis fungebatur Ioan. ab Eberßdorff Baro.*	234
1430	102	Paulus de Vienna Decret. Doctor III. ADQVIRIT *hoc anno Archigymnasium Viennense potestatem creandi Doctores in Templo D. Stephani.*	115
	103	M. Narcissus Hertz de Perchingen Theologiæ Baccalaureus II.	188
1431	104	M. Petrus Reicher Theologiæ Doctor.	101

 Conra-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	105	Conradus de Halstat Decret. Doctor III. ROMANA *Academia circa annum ante Christum natum 700 instituta, restauratur ab Eugenio* IIII. AD *mandatum Regis Sigismundi ablegantur ad Concilium Basiliense aliquot Theologi cum Doctissimo Viro Thoma de Haslpach, recepto prius Iuramento.*	192
1432	106	M. Andreas de Weytra Theolog. Baccalau. ACADEMIAE *accessit Bursa Rosæ, Cuius fundatores sunt, M. Vdalricus Gruenwalder, Artiũ & Medicinæ Professor, Nicolaus sub cælo Magister Monetæ Consul & Ciuis Viennensis.*	51
	107	M. Iodocus Weyler de Halprun Theologiæ Baccalaureus.	67
1433	108	M. Stephanus de Egenburga Theologiæ Baccalaureus.	74
	109	Paulus de Vienna Decret. Doctor IIII. REDIIT *D. Thomas de Haslpach ex Concilio Basilien. allato secum totius Concilij rescripto publico, in quo de nouo constituuntur Gymnasio conseruatores, Episcopus Ratisponen. Præpositus Viennen. & Officialis ibidem curiæ Pataujensis.*	139
1434	110	Ditmarus Hindernpach Medici. Doctor Canoni. Patauien. Moritur 1 Iulij anno 1453.	68

M. Vrba-

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
	111	M. Vrbanus de Mellico Licenciatus Theologiæ II. INSTITVITVR *Visitatio Academiæ generalis, per Philibertum Episcopum Constantien. Ioannem de Palomar Decret. Doctorem, Archidiaconum Barch. Fratrem Nicolaum Præpositum Monasterij D. Dorotheæ Viennen. & Narcissum de Perchingen Theologiæ Professorem, Visitatores in Concilio Basilien. ad hoc singulariter deputatos.*	136
1435	112	M. Ioan. Geuss Theologię Professor II.	167
	113	Conradus de Halstat Decret. Doctor IIII. GRASSATVR *pestis, ob quam causam lectiones per menses aliquot fuerant suspensæ.*	196
1436	114	M. Iohan. Grössel de Titmanning Theologiæ Baccalaureus. STVDEBAT *hic Ioannes Hindernpach de Rauschenberg Episcopus Tridentinus.*	92
	115	M. Nicolaus de Grätz Theolog. Baccalau. IMPERIVM *Rom. libera electione sortitur Albertus Quintus Archidux Austriæ.* IS *non parum auxit antecessorum suorum Priuilegia, atq; de nouo vtilissima proponit Statuta.*	348
1437	116	Magister Iohan. Himel Theologiæ Professor II. Iohan.	149

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
	117	Iohannes Poltzmacher Decretorum Doctor. ALBERTVS V. *Rom. Imperator Aug. eligitur in Regem Hungariæ.*	276
1438	118	Pangratius Kreytzer Medicinæ Doctor.	261
	119	Iodocus Weyler Theolog. Licenciatus II. MORTVVS *est Fridericus cognomine senior, Dux Austriæ, & sepultus in Monasterio Stams.*	279
1439	120	M. Andreas de Weytra Theologiæ Licenciatus II. VII. *Calend. Septemb. Albertus* V. *postquàm fugatis Turcis in Austriam rediisset, alui profluuio confectus, moritur in Insula Schüt : Sepultus in Hungaria in Alba Regali.*	140
	121	Conradus de Halstat Decret. Doctor V. INVENTA *est ars Impressoria.* EODEM *anno Fridericus* III. *Dux Austriæ, qui primus Archiducis Titulum est assecutus, Alberto* V. *Imp. successit in Imperio Rom.* IIII.	211

PRO-

PROGRESSVS ACADEMIAE VIENNENSIS.

VT AVTEM *initia duximus à Friderico* II. *ità hic quasi medium nostræ Reip. literariæ cursum recte statuere possumus, atque huic Imperatori Friderico* III. *successum rerum nostrarum pene soli ascribere debemus.*

AB EO *enim hæc Academia, vel quod in tota Germania, si initia spectes, antiquissima, vel quod ex optimis tam Grecorum quam Romanorum institutis efformata, vel quod ab Illustrißimis & Potentißimis fere semper Austriæ Archiducibus fœlicißime constituta & vberrimè esset exornata,* ARCHIGYMNASIVM VIENNENSE *appellari, atque Rectores ipsi* PRINCIPES ARCHIGYMN. VIENNEN. *dici & haberi cœperunt.*

VI. *Præpositus & Cancellarius Academiæ Viennen. Albertus Comes à Schaunburg.*

* HIC *Lectorem candidum erroris supra commißi in tempore admonitum volumus. Primum enim Præpositum Wernherũ. qui ab ipso Rudolpho* IIII. *tam Ecclesiæ quam Academiæ Viennensis fundatore circa annum* M. CCC LXV. *inauguratus fuit, omissum tum demum deprehendimus, cum Typographus priora iam absoluisset. Quem autem posuimus primũ, secundus fuit: atque sic de sequentibus, vsque ad quartum, qui ordine fuerat quintus.*

1440 | 122 | Ditmarus Hindernpach Medicinæ Doctor Canonicus Pataujensis II. | 179

FVRIS *cuiusdam suspensi corpus Anatomiæ destinatum, Medicorum Viennensium ope & industria vitæ*

 restitu-

Anni Christi	Recto res		Albo ascripti
		restituitur. Dicunt tamen hunc ipsum furem ita restitutum, paulo post iterum esse suspensum Ratisponæ.	
	123	M. Iodocus Gartner Theologiæ Baccalaureus. CONCILIO *Basiliensi, confirmatur Priuilegium Vrba. P P. Quinti. quo Academiæ Viennensi Iurisdictio & potestas sumarie in causis membrorum suorum omnibus procedendi & cognoscendi fuerat concessa Anno 1420.*	253
1441	124	M. Iohan. Himel Theologiæ Professor III.	144
	125	Gonradus de Halstat Decret. Doctor VI.	235
1442	126	M. Thomas de Wulderstorff Theologiæ Baccalaureus. OBIIT *prima Iunij. Anno* 1478.	147
	127	M. Iohan. Gröll de Titmaning. Theologiæ Baccalaureus. II. MORITVR *Iohannes de Gmunden Mathematicus Viennensis insignis.*	276
1443	128	M. Christianus de Hurbn. Theologiæ Professor.	158

M. Nico-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	129	M. Nicolaus de Glotz, Decretorum Doctor. *I T A sæuijt pestis ut per semestre integrum suspenderentur lectiones publicæ.*	207
1444	130	Ditmarus Hindernpach Med. Doctor Canonicus Pataviensis III.	70
	131	M. Iodocus Gartner de Perching Baccalaureus Theolog. II. M O R T V V S *hoc anno Wilhelmus Archidux Austriæ sepelitur Viennæ apud D. Stephanum.*	262
1445	132	M. Thomas Ebendorffer de Haslpach Theologiæ Professor III.	142
	133	M. Iodocus Hausner de Nouo foro Decretorum Baccalaureus. OBIIT 1477. *Facultati Medicæ comparatur Sceptrum.*	325
1446	134	Ioan. deSchwendin Med. Doctor.	113
	135	M. Iacobus de Wuldersdorff Baccalau. Theolog. C E L E B R I S *habetur Nicolaus Symonis de Lucenburg clarissimus Iureconsultus.* M I L I T A B A N T *circa hæc tempora sub Acade-*	282

 miæ

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		miæ castris Generosus Baro Ioan. de Liechtenstain, Walthasar Wolffgangus & Gothardus fratres de Starhenberg, Prothasius de Bozkouuitz Episcopus Olomucen. Wolffgangus & Ludouicus Comites à Schaunburg fratres, Matheus & Ioannes Comites à Greiffenberg, Bernhardus de Papenhaim, Casparus de Stubenberg Baro Styriæ Præpositus Salisburgen. Erckhingerus Baro in Schnuartzenberg, Fridericus Comes de Hochenloe, Reuerendus D. Wilhelmus Episcopus Nicopolensis, Georgius Schlick, Illustris D. D. Przemislaus Dux Oppauiæ.	
1447	136	M. Iodocus Weyler de Halprun Theologiæ Professor III.	239
	137	M. Nicolaus de Glotz Decret. Professor II. *xx. Iunij Mulier igni adiudicata, solutis in rogo vinculis, ad Academiæ Collegium Archiducale, velut Asylon confugit, atque sic euasit.*	250
1448	138	M. Iohan. Widman de Dinckelspuchel Baccalaureus Theologiæ.	211
	139	M. Nicolaus de Auln Theolog. Baccalau.	431
1449	140	M. Fridericus de Eschenpach Theologiæ Professor.	246

Conradus

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	141	Conradus de Halstat Decret. Doctor VII. *In summo flore fuit hic præ ceteris totius Germaniæ Academijs hoc tẽpore studiũ Matheseos: in quo genere celeberrimi fuerũt Georg. Beurbachius, et Iohan: de Monte Regio.* *Is eodem anno vocatus fuit Ro. à Sixto 4. Papa vt reformaret calendarium cœleste.*	426
1450	142	M. Iohan. Knaber de Alberstoff Decretorum Licenciatus. *In ferijs D. Hypolti ædificari cœpit altera Turris D. Stephani, vbi primum lapidem posuit Clerus: secundum Fridericus* III *Rex Rom.*	217
	143	M. Iodocus Gartner Theologiæ Licenciatus III.	507
1451	144	M. Paulus de Mellico Theolog. Baccalau. OBIIT *Anno* M. CCCC LXXIX. FIT *Archigymnasij huius membrum* FRANCISCVS PICOLOMINIVS *de Senis, qui tantum profecit, vt sub annum* M. D. III. *euectus sit ad summam Papatus dignitatem, dictus postea* PIVS TERTIVS *Pontifex maximus.*	265
	145	Nicolaus de Glotz Decret. Doctor III. OBIIT *in Magistratu eiq; successit,*	261
1452	146	Conradus de Halstat Decret. Doctor VIII. FRIDERICO III *&* *Coniugi eius Castissimæ Imperialis imponitur Corona.*	87
	147	Iohan Huber Decretorum Doctor	177

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		AMPLISSIMAE *facultati Theologicæ datur potestas animaduertendi in Pseudo Apostolos Theologiæ Professores & concionatores.*	
1453	148	M. Georgius Tudel de Giengen Theolog. Baccalaureus.	349
	149	M. Iacobus de Wuldersdorff Theologiæ Baccalaureus II.	141
	150	Iodocus Hausner Decretorum Doctor II.	406
1454	151	Georgius Mayr de Amberga Medicinæ Doctor. RESTAVRAVIT *visitationes Bursarum & conturberniorum pauperum.* HOC *tempore empta est domus circa Aulam vniuersitatis aureis* 105. *atq; libera asseritur ab omni exactione.* RESIGNAVIT *eiq; subrogatur.*	78
	152	Casparus Frue Med. Doctor.	135
	153	M. Michael Zehenter Vien. Decretorum Licenciatus. HIC *Sigismundum Regem cum hanc urbem esset ingressus*	341

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
		gressus, Gymnasij nomine & oratione & munere excepit. PRAE *cæteris multa egit pro scholastica libertate egregia & perpetua memoria digna* FIT *renouatio conturberniorum pauperum.*	
1455	154	M. Iohan. de Titmaning Theologiæ Professor III.	215
	155	Conradus de Halstat Decretorum Doctor IX. CoL*lecta sunt statuta & Priuilegia huius Academiæ in unum corpus, cuius exemplum exhibetur Alberto* V I. *Archiduci Austriæ pro confirmatione.*	413
1456	156	Marquardus de Wisach Med. Doctor.	225
	157	Thomas de Wuldersdorff Theologiæ Licenciatus II. ERIGITVR *Academia Gryps waldensis in Pomerania.* FVNDATVR *hic Bursa Liliorum à Burckhardo Krebs Decretorum Licentiato & Canonico Pataniensi.*	371
1257	158	M. Paulus de Melico Theol. Professor. II. V I I I. *Calendis Decembris Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex. Archidux Austriæ accepto veneno moritur Pragæ, vbi Regio more sepultus est.*	191

Iohan.

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
1458	159	Ioan. Symler de Brethenn Decret. Doctor.	224
	160	Casparus Frue de Titmanning Medicinæ Doctor II.	140
1459	161	M. Nicolaus de Auln Theologiæ Baccalaureus Canonicus Viennensis II. XXII *Martij nascitur Maximilianus Archidux Austriæ, Friderici* III. *Rom. Impe. filius Neapoli.*	355
	162	M. Ludouicus Schlicher de Vlma Theologiæ Professor. CIVIS *quidam Vien. Ioan. Sarger bona sua ex testamento reliquit Academiæ Viennensi ex quibus hodie decem plerunque aluntur Studiosi in Bursa Agni.* ERIGITVR *ab Alberto* VI *Archiduce Austriæ Academia Friburgensis ex Archigymnasio Viennen.*	175
1460	163	Michael Klingenstain Decreto. Doctor Canonicus Ecclesiæ S. Stephani. ACADEMIA *Basilien. à Senatu vrbis eius amplissimo fundatur.* VII. *Præpositus & Cancellarius Academiæ Viennen. Iodocus Hausner V. I. D.*	119
	164	M. Hermannus Haym de Rotenburg Medicinæ Doctor.	136

M. Con

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	165	M. Conradus Salder de Rotenacker Theologiæ Baccalaureus.	149
1461	166	M. Paulus de Mellico Theolog. Professor III.	69
	167	Ioan. Symler Decretorum Doctor II. *VI. Idus Aprilis moritur Georgius Peurbachius. Præceptor Ioannis Regio Montani: insignis vterque Mathematicus. Quod eruditissima illorum testantur opera, magna atque præclara totius orbis ornamenta.*	95
1462	168	M. Georgius Tudel de Giengen II.	106
	169	M. Stephanus de Brethenn Licenciatus Decretorum.	48
1463	170	M. Thomas de Wuldersdorff Theolog. Licentiatus III.	74
	171	Iodocus Hausner Decretorum Doctor III. MORITVR *Albertus cognomento mitis Ernesti filius Archidux Austriæ, qui insignem Academiam Friburgi Brisgoi de nouo instituerat.*	330
1464	172	Gasparus Gruesnpeck Medicinæ Doctor.	194

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	173	M. Leonardus Eggrer de Perching Capellanus sedis Apostolicæ.	212
1465	174	M. Ioan. Grossl de Titmaning Theologiæ Professor IIII.	112
	175	Wolfgangus de Hertzogburg V. I. Doctor Canonum Professor ordinarius.	149
1466	176	Nicolaus de Ratispona Medicinæ Doctor.	89

CLARENT *sub hæc tempora doctrina Kilianus Horn insignis* I. C. *& Pangratius Kreytzer excellentissimus Medicus.*

VIRTVTIBVS *& literis incumbunt Petrus de Puseyl primus Nouæ ciuitatis Episcopus, Georgius Kolberger de Altnoting: Episcopus Lauentinus, Georgius Has* I. V. D. *Canonicus Colonien Ecclesiæ Rom: Cardinalis. Wigileus Froschl, Episcopus Patauien: Christofforus Schachener de Ried Episcopus Patauien: Achatius Sebriacher Episcopus Tergestinus. Bernharbus Meurl de Patauia, Episcopus Lybanen: suffraganeus Patauien. Illustresq; Principes* D. *Georgius & Sigismundus de Anhalt. Comites de Ascania, Georgius Yedling Chrisopolitanus primus Magister Ingolstadien:*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	177	M. Ioan. Harrer de Haylprun Theologiæ Licenciatus.	174

M. Wolff.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1467	178	M. Wolfg. de Egenburga Theolo. Profes. OBIIT *Anno* 1469.	87
	179	M. Nicolaus de Kreutzenach Decret. Licenciatus sacræ paginæ Professor. ACADEMIA *Friburgen: Brisgoij per Oratorem suum M. Conradum de Scharndorff petit ab Archigymnasio Viennen: copias priuilegiorum, statutorum & ordinationum tam Collegij quàm Bursarum & contuberniorum pauperum, Theologiu, item, Canonistã & duos collegas Philosophos, quorum opera & ductu suas instituerent leges.*	250
1468	180	Gasparus Gruessenpeck Med. Doctor II.	176
	181	M. Rupertus Weyssenburger de Bruckh Theologiæ Licentiatus. NASCITVR *Desiderius Erasmus Roterodamus.*	393
1469	182	M. Andreas de Potenprun Theol. Professor	223
	183	M. Augustinus de Elbing Decret. Doctor. VOCANTVR *ad Synodum Patauien: ab Archigymnasio docti quidam uiri: quo ablegantur M. Paulus de Mellico & M. Ioan. Harrer.*	345
1470	184	Nicolaus de Ratispona Med. Doctor II.	219
	185	Mag. Ioannes Goldner.	337

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1471	186	M. Paulus de Mellico Theologiæ Professor IIII. INSTAVRATVR *Bibliotheca, ad quam Sacerdos quidam Iacobus Yban de Tirnauia C. contulit florenos Hungar.*	217
	187	Ioan. Huber de Freystat Iur. Pontificij Doctor II.	277
1472	188	Hermannus Haym Medicinæ Doctor II. MORITVR M. *Ioannes Wiener Poeta doctißimus.*	104
	189	M. Petrus de Corona Theologiæ Licenciatus. OBIIT *Michael Puff excellens Medicus.*	223
1473	190	M. Nicolaus de Kreutzenach Theologiæ Professor II.	158
	191	M. Michael Lochmayr de Haydegg Decretorum Licenciatus. EGIDIVS *Mair Weißenburgensis fundauit duo stipendia in Bursa Haydenhaim, ubi & alia plura stipendia sunt fundata, D. Georgij Tolle ciuis Neapolitani Austriæ, & M Stephani Sprugl Canonici Vien.*	198
1474	192	M. Martinus Heintzel de Memmingen Theologiæ Professor.	149

M. Leo-

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
	193	M. Leonardus Fruman ex Hirschau Theolog. Baccalaureus.	273
1475	194	M. Andreas de Potenprun Theologiæ Professor II.	175
	195	Leopoldus Prantz Decretorum Doctor.	262
1476	196	Michael Mannersdorffer Vien. Medicinæ Doctor. LADISLAVS *Rex Bœmiæ Viennam ingrediens excipitur ab Academia oratione diserta, cui ipse & ornatè et benignè respondit, hoc sibi studium esse longè gratissimum.*	97
	197	M. Bartholomeus Tichtl ex Grein, Theolog. Licenciatus. POSTRIDIE *assumptionis Mariæ Mathias Huniades obsedit Ciuitatem Viennam 27. septimanis.*	75
1477	198	M. Ioan. Harrer Theolog. Professor II. ERECTA *est* ACADEMIA *Tubingensis, per Eduardum Ducem Wirtenbergensem.* OBIIT *M. Bernhardus de Rayburga Canonum Doctor & Episcopus Kiemensis.*	45
	199	Ioan. Hueber Decretorum Doctor Canonicus Vien. III.	275

Anni Christi	Rectores	CATALOTGVS RECTO.	Albo ascripti
1478	200	M. Bernhardus Perger ex Stantz Iur. Pontificij Baccalaureus.	179
	201	M. Iohan. Goldtperger Vien. Theologiæ Baccalaureus. In *festo D. Egidij moritur D. Vdalricus Nusdorffer Episcopus Patauien: tempore Imp. Friderici* III. *Sacri Rom. Imperij Cancellarius.*	263
1479	202	M. Ioan. de Phortzn Theologiæ Professor.	188
	203	M. Ioannes Kaldenmarckter Decretorum Licenciatus. VIII. *Præpositus & Cancellarius Academiæ Vien: Thomas à Cilia Constantien.* EODEM *anno ex hac præpositura & collegio Friderici* III. *Archid: Austriæ ductu & auspitio Cathedralis fit Ecclesia, & in Episcopatum erigitur.* A QVO *tempore præpositus titulum Archicancellarij Austriæ amisit: Licet Archigymnasij Cancellarius huc vsque dictus sit atque habitus.* PRIMVS *autem Episcopus Viennensis fuit Leo à Spaur.* HVIC *succedit M. Bernhardus de Ror Archiepiscopus Salisburgensis qui hic nunquam resedit.*	186
1480	204	M. Briccius ex Cilia Theolo. Licenciatus.	126

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		FVNDAVIT *stipendia aliquot in Bursa Agni.* DEDIT *hic operam literis Nobilis D. Leonardus Ernauer de Karlsperg Cancellarius Imperatoris.*	
	205	M. Paulus ex Stockeraw Theologiæ Licenciatus. III. MORITVR *Petrus Engelbrecht Episcopus Neapolitanus.*	207
1481	206	M. Nicolaus de Kreutzenach Art. Iuris Pontificij & Theologiæ Professor.	66
	207	M. Martinus Wolfll ex Sitzendorff Iur. Pontificij Professor Baccal. Theologiæ. ACADEMIA *Moguntinensis cis Rhenum erigitur.*	108
1482	208	M. Paulus Vrssenpeck ex Tekendorff Medicinæ Doctor.	12
	209	M. Oswaldus Ludouici ex Weickersdorff Theolog. Baccalaur.	20
1483	210	M. Michael Lochmayr Theolog. Profes-fessor Ecclesiarum Patauien. & Vien. Canonicus II.	13

Kilianus

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	211	Kilianus Horn Decretorum Doctor Decanus Vien. III. *Episcopus Vien. Vrbanus Episcopus Agrien. Mathiæ Regis Hungariæ Quæstor.* QVO *defuncto Mathias quidam Episcopus Secouien. administratorem se huius Ecclesiæ appellari uoluit: sed cum neq; præsentatus fuerit neq; confirmatus, inter Episcopos Vien non numeratur.*	14
1484	212	M. Paulus Vrsnpeck Medicinæ Doctor II.	5
	213	M. Leonardus Fruman Theolog. Licenciat. II. 23. IANVARII, *Secundo obsessa est* vienna *à Rege Mathia: in qua obsidione tanta fuit penuria, ut modium farinæ uenderetur* 107. *florenorum, Deditio autem urbis facta est Mathiæ* 2. *Iunij.*	36
1485	214	M. Iohan. Harrer Theol. Professor III	86
	215	M. Ioan. Kaltenmarckter Iur. Pontificij Professor II. MAXIMILIANVS *Friderici* III. *filius Archidux Austriæ, electus & coronatus est Rex Ro. Francofordiæ ipsis calendis Ianuarij.*	112
1486	216	M. Vdalricus Eberhard ex Neuburga Claustrati Medicinæ Professor. OBIIT *& in eius locum subrogatus est.* M.Bartho-	72

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	217	M. Bartholomæus Tichtl Theolog. Professor II.	43
	218	M. Thomas Wiener Art. Professor.	154

PRAE *cæteris Philosophiæ disciplinis celeberrimum fuit circa hæc tempora Theologiæ studium & Iuris Pontificij. Quorum nomine illustres habentur: Theologi, Ioannes Harrer, Andreas de Potenprun. Petrus de Corona, Oswaldus Ludouici ex Weykersdorff. Canonistæ: Augustinus de Elbing, Michael Lochmayr de Heydegg, Ioannes Kaltenmarkhter. Medici Gasparus Gruessenpeck, Paulus Vrsnpeck & Ioan. Munsterberg insignis Mathematicus.*

EXORNANTVR *literis & moribus, Sigismundus Hollnegger, postea Archiepiscop. Salisburgen. Thomas de Ercket Archiepiscopus Strigonien. Cardinalis. D. Bartholomeus de Modrusia: D. Walthaser de Stubenberg Baro I. V. D. Canonicus Salisburgensis, Georg. de Neidegg Episcopus Tridentinus & Cancellarius Austriæ, Ioannes Schnaitenpeck filius Sigismundi Schnaitenpeck præfecti Curiæ Matthiæ Regis Hungariæ, I. V. D. & Cancellarius Austriæ, meritorum ergò Baronum ordini ascitus. Nicolaus Comes de sancto Georgio et Posing. Matheus Lang Archiepiscopus Salisburgen. Cardinalis S. Angeli. Germaniæ Diaconus.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1487	219	M. Bartholomæus Tichtel Theolog. Professor III.	126

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	220	M. Hieronymus Hollnbrunner Vien. Iur. Pontificij Doctor, Decretorum Professor Canonicus Viennensis. IN *festo Conceptionis B. Mariæ Virginis tota Vniuersitas conuenit Regem Mathiam pro conseruatione Priuilegiorum.*	375
1488	221	M. Fridericus Gräfsl Medicinæ Doctor & Professor. OBIIT *Anno* 1494.	169
	222	Magister Leonardus Mullner de Nouo foro, Theologiæ Baccalaureus.	317
1489	223	M. Iohan. Harrer de Haylprun Theolo- Professor IIII.	160
	224	M. Iohan. Kaltenmarckter Theologiæ & Iur. Pontificij Doctor, Officialis Pataulen. Canonumq; Professor III. CIRCA *hunc annum* SCHOLA BASILIENSIS *fundata est.*	122

IIII. *Epi-*

Anni Chriſti	Rectores		Albo aſcripti
1490		IIII. *Epiſcopus Viennen. Iohan. Veſprimen.*	
	225	Bartholomæus Steber Vien. Medic. Doctor. *QVI obijt anno 1506.* *HOC anno D. Maximilianus Rex Romanorum, recuperauit Viennam, Neapolim, & totam ferè Auſtriam occupatam à Matthia Rege Hungariæ, Patre Friderico III. adhuc uiuente.*	67
	226	M. Georgius Patersdorffer ex Waſſerburg Baccalaureus Theolog. MORITVR *Mathias Rex Hungariæ.*	128
1491	227	Briccius de Cilia Theolog. Doctor II. FVNDATA *eſt Burſa Pruckh à M. oſwaldo de Weykhersdorff.*	120
	228	Martinus Wolfll I. Pontif. Doctor Theologiæ Licenciatus Canonicus Vien. II.	314
1492	229	M. Fridericus Grasll Med. Doctor II.	127
	230	M. Erhardus de Hartperg Theol. Baccal. *19. AVguſti moritur Fridericus III. Rom. Imperator & ſepelitur Viennæ in Aede D. Stephani.*	234

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		EODEM *anno in festo S. Dionisij, Maximilianus Rex Rom. Viennam ingressus, mox Academiæ huic laudatissimæ ultro suã offert operã: auget stipendia, confirmat Priuilegia, ac multa temporum iniuria collapsa Pius Imperator restaurat.*	
1493	231	M. Ioan. Kaltenmarckter IIII.	177
		INCLYTA *facultas Artium emit domum quæ hodie uulgo dicitur Hospitale: In qua ab eo tempore paulatim instructissima comparata est Bibliotheca.*	
		EADEM *facultas circa annum* 1421. *iuxta Collegium Archiducale proprijs eius facultatis sumptib. duo magna exstruxit ædificia, quorum alterum Vniuersitatis* AVLA *in qua artes docentur liberales, alterum* NOVA *dicitur structura, Cui hoc tempore præest, uir solidè doctus Georgius Tanner Græcarum literarum Professor ordinarius.*	
	232	M. Michael Rarkoch de Mistelbach.	208
1494	233	Vuolffg. Hymler de Mellico, Medicinæ Doctor.	133
	234	M. Ioan. Burger ex Egenburga. IN *Germania morbus Gallicus increbuit.*	86

M. Ioan.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1495	233	M. Iohan. Kaltenmarckter V.	147
		D. *Maximilianus Rex Rom. huic Gymnasio omnia sua confirmauit Priuilegia atq; statuta: multa auxit quædam etiam de nouo concessit.*	
	236	Ioan. Checkman ex Haugstorff Iur. Canonici Doctor.	385
		OBIIT *Anno* 1512.	
1496	237	M. Ioan. Burger ex Egenburga II.	192
	238	M. Valentinus Kraler ex Holaprun Theolog. Baccalaur.	376
		OBIIT *Sigismundus Friderici senioris filius Archidux Austriæ: conditus in cœnobio Stams.*	
1497	239	M. Briccius præpositus ex Cilia Theologiæ D. III.	193
		IVS *Ciuile ante hæc tempora nonnihil neglectum, restituit pius Cæsar D. Maximilianus: ad quā professionem uocantur huc ex Italia tres celeberrimi Iure consulti & Professores, Ioan. Siluius, Aurelius Siculus & Hieronymus Balbus Poeta Patauinus.*	
	240	Vuenceslaus Mandl ex Vudweis Iur. Pontificij Doctor.	330

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		APPARENT *cruces in uestib. hominum.* AVLA *inclitæ facultatis Art. Conradi Celtis primi in Germania Poetæ Laureati opera renouata est, atque uarijs exornata picturis.*	
1498	241	M. Georgius Launtsch de Ellingen Baccalaur. Theolog.	216
	242	M. Gasparus Fridburger ex Rosenberg. TANTA *sub id tempus rerum omnium fuit copia ut mensura uini uno uenderetur nummo.* V. *Episcopus Vien Bernhardus de Polhaim Baro. Post cuius obitum uacauit hæc sedes Epi. Vien. ab Anno* 1503 *usque ad Annum* 1513.	343
1499	243	M. Osuualdus Ludouici ex Weickhersdorff. Canonicus Vien. II.	236

DE MERITIS ET VIRTVTIbus D. Sigis. liberi Baronis in Herberstain Neyberg & Guetenhag.

NON *sine fato singulari uenit in hanc Scholam. Illustris & Generosus D. Sigismundus liber Baro ab Herberstain* Neidperg *& Guetenhag, Primarius Ducatus Charinthiæ hæreditariusque & Camerarius & Dapifer. Cæsareæ Maiestatis consiliarius & præfectus Cameræ Austriacæ.*

IS ubi primam in artibus lauream adeptus, atque non uulgarem optimarum disciplinarum cognitionem consecutus esset, ad studia rei militaris animum adiunxit, atque eas secutus est artes quibus Respublica utroque tempore & pace & bello rectè semper administrari potest.

QVIBVS *studijs vir maximus effecit, ut cum totam pene Europam summorum Imperatorum, D. Maximiliani, Caroli V. & Ferdinandi I. ad maximos Reges & Principes, & Legatus & Orator peragrasset, immunitate donaretur.*

MOSCOVIAE *Historiam tanta complexus est dexteritate, & ornauit Stylo, ut ex hoc opere uno, facile quis summam uiri eius eruditionem æstimare posit.*

VIVIT *uir hic optimus etiamnum hodie in summa Cæsaris Ferdinandi & Regis Maximiliani gratia, atque Scholam tanta complectitur gratitudine & amore, ut omnem dignitatem suam atque fortunam huic Academiæ secundum Deum penè soli acceptam referre uideatur.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	244	Gabriel Guetrater Iuris Licenciatus.	325
1500	245	IOHANNES Cuspinianus Medicinæ Doctor, & Poeta Laureatus.	229

FVIT

Anni Christi	Recto res		Albo ascripti
		FVIT *hic uir optimarum disciplinarum peritißimus Regiæ Ma: Consiliarius & Historicus Academiæ huius Superintendens meritißimus. Obijt sequenti Anno post sub Magistratu Ioannis Kaltenmarckter.*	
	246	M. Christophorus Kulber Grætzen. Theolog. Baccal.	387
		FVNDAVIT *stipendium in Bursa Agni.* 24. *Februarij nascitur* CAROLVS V. *Archidux Austriæ Philippi Hispaniarum Regis filius, factus postea Rom. Impera. Gandauiæ Flandriæ urbe præclarißima.*	
1501	247	Ioan. Kaltenmarckter Iur. Pontifi. Doctor VI.	195
		D. *Maximilianus Rex Rom. maximus Archigymnasio Vien: dedit potestatem creandi Poetas Laureatos.* A QVO *tēpore celeberrimo huic Archigymnasio Vien. in tota Germania soli etiam quinta accessit facultas & Collegium Poeticū, in quo Collegio Celtes primus in Germania Poeta à Friderico 3. coronatus hanc artem summa cum laude hic profitetur.*	
	248	Iohan. Ceckman ex Haugstorff Iur. Ponti. Doctor II.	318
		GRASSATVR *pestis per uniuersam Germaniam.* ACADEMIÆ *Wittebergen. in Saxonia superiore cæpta*	

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
		pta & exorta est ex Lipsensi & Tubingen. Fundata à Friderico I. Duce Saxoniæ Electore.	
1502	249	Guilhelmus Puelinger ex Wising Medicinæ Doctor. PRAE *cæteris strenuus fuit libertatis Scholasticæ atque Priuilegiorum huius Academiæ defensor. Sub eius magistratu primus in hoc Gymnasio creatus est Poeta* Lau*reatus insignis Mathematicus Ioan. Stabius.*	194
—	250	D. FRIDERICVS ILLVST. DVX SILESIAE Teschnen.& Maioris Glogouiæ. 10. *Martij nascitur* FERDINANDVS *Imperat. Ro. I. Archidux Austriæ in regno Castiliæ Modinæ.* PERFECTISSIMVS *fuit circa hæc aurea D. Maximiliani sæcula, Archigymnasij huius celeberrimi status. Florebat hic præ cæteris Theologia, creuerat Iuris prudentia, Medicina in summo erat precio, nec ulla Philosophiæ pars inculta iacebat. Mathesi hæc Schola alijs omnem laudem præripuisse credebatur. Quibus accesserat summa linguarum doctrina, Poësis item, atque diuina dicendi facultas.* PROFESSORES *sine Pallijs & habitu solenni atque magnifico auditoria nunquam ingrediebantur, In uictoriæ signum, tres primum linguas ex panno pallijs affixas præferebant: quarum unam postea Ingolstadiensi Academiæ ut filiæ suæ hoc Gymnasiū honoris gratia contulisse dicitur.*	342

TYRONES singularum facultatum quorum nonnunquam ultra VII. milia uno tempore hic fuisse constat cingula, profectiores cappas, alij demum alia atque alia gestabant ornamenta, quibus ab indoctæ plebis turba & agnosci & honorari possent.

HIS omnibus maximus semper habitus est honos. Ea denique Scholæ huius erat dignitas atque reuerentia, quam Deorum conuersationi simillimam fuisse dixisses. Et certum est, hoc Gymnasio uno celebrius tum temporis in Germania non fuisse.

OBIIT Virgilius Cantzler IX. Præpositus & Cancellarius Academiæ Vien.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1503	251	M. Christophorus Kulber Grætzen. II.	156

IS Priuilegiorum causa Augustam usque profectus à D. Maximiliano Imperat. obtinuit immunitatem ab omnibus oneribus huius ciuitatis personalibus, cum mandato expresso, ne Academiæ membra bonorum immobilium aut fructuum ex illis perceptorum causa, suis destituantur Priuilegijs, sed Scholastica nihilominus fruantur libertate.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	252	Iohan. Stephanus Reuss Constan. V. I. Doctor.	350

3. Non Decembris obijt clarissimus Mathematicus Iohan. Muntz Canonicus Vien.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1504	253	Iohan. Trapp Vien. Theologiæ Professor.	182

FVNDAVIT aliquot stipendia in Bursa Agni.

M. Wolf-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	254	M. Wolfgangus Mosſnauer ex Wels. *VRatislauiæ à Senatu ibi ampliſsimo inſtituebatur Academia, cuius erectionem prohibuit Iulius Papa II.*	347
1505	255	M. Iohan. Trapp Vien. Theologiæ Profeſſor II.	144
	256	Georgius Prenner Iur. Pontificij Doctor Offitialis Patauien. *23. Maij Ioannes Panetianus Bohemus Poeta coronatur Laureatus ab ipſo Imperatore D. Maximiliano.*	188
1506	257	Iohannes Wiſinger Patauien. Medicinæ Doctor. OBIIT *eiq; ſubrogatur.* ACADEMIA *Vien. diſsipatur propter peſtem horribilem.*	6
	258	M. Michael de Premarthon. AVSPICATVR *Academia Francofordienſis ad Viadrum ex Lypſenſi.*	77
	259	Idem M. Michael de Premarthon electus & confirmatus II. RESTITVITVR *Schola Viennenſis.*	294

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
1507	260	Iohan. Heckman ex Schillingstat Theologiæ Licenciatus. *PRAEMATVRA morte sublatus est Philippus D. Maximiliani Cæsaris filius, Castellæ, Legionis & Granatæ Rex, Archidux Austriæ, Caroli Quinti & Ferdinandi primi Imperatorum Rom. pater.*	205
	261	M. Theodoricus Renanus Slestatinus. *4. Februarij moritur hic Viennæ Conradus Celtes primus in Germania Poeta Laureatus.* *14. Februarij D. Maximilianus Rom. designatur Imperator.*	336
1508	262	Michael de Premarthon Medicinæ Doctor III. *D. Maximil. Imperat. Venetos graui aggreditur bello, quo per triennium integrum defatigati pacem petere coacti sunt.*	184
	263	M. Thomas Resch de Krembs Theolog. Baccal. Poeta Laureatus, coronatus manibus D. Maximiliani Imperatoris.	260
1509	264	M. CHRISTOPHORVS Kulber Grętzen. Theologiæ Professor III.	209

Vdalri-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	265	Vdalricus Chauffmã de Campidono L.L. Doctor, Canonicus Vien. *H*VIC *Rectori nomina sua dederunt Illustres & Generosi liberi Barones, Christophorus & Vdalricus ab Eytzing, Cæs. consiliarij. Quorum frater Oswaldus ab Eytzing uir integerrimus & singularis studiorum fautor superiori anno in Senatum Cæsaris prouinciarum inferioris Austriæ ultrò ascitus fuit. Sigismundus de Puecham, & Guolhardus de Stein. M. Marcus Beck postea I. V. D. Eques auratus Regis Ferdinandi Consiliarius & Cancellarius Austriæ. Cuius filius Hieronymus Beck vir singulari modestia & prudentia præditus, posteaquam maximam totius orbis partem peragrasset, patris vestigia ingressus, Cæsaris fit Consiliarius in amplissimo senatu Cameræ Austriæ inferioris.*	314
1510	266	FRANCISCVS SFORCIA DEI gratia Dux Mediolani & Barhi. OBIIT *Iustus Kasman x. præpositus & Cancellarius Academiæ Viennensis.*	146
	267	M. Ioan. Heckman Theologiæ Licentiatus. II. RENOVATVR *Bursa Rosæ.*	282
1511	268	Thomas Resch Theolog: Baccalaureus II. OBIIT. 1520.	247

Anni Christi	Rectores	Catalogus Recto.	Albo ascripti
		DEDIT *hic operam literis Illustriss. Princeps & D. D. Ludouicus Dux Bauariæ.*	
		ACADEMIA *Vienen. honorificum erigit hospitale, & templum D. Sebastiani in suburbijs ante portam Stubarum extruit pulcherrimum, quo Studiosi ægrotantes & Peregrini recipiantur. Quod paulò post in obsidione Turcica Anno* 1529. *igne consumitur*	
	269	M. Iohan. Angerer ex Rosenberg, Iur. Pontificij Professor Archidiaconus Pragen.	372
		HOC *anno uagabantur hinc inde incendiarij Venetorum.*	
1512	270	M. Georgius Tanstetter ex Rayn Astronomiæ Professor.	299
		INSIGNIS *hic fuit Mathematicus, & sequenti anno pòst Doct: Medici: creatus, uir de Gymnasio nostro optime meritus. Dicunt eum D. Maximiliani mortem aliquot annis ante præuidisse, atque eruditissimo uiro D. Wolffgango Lazio nostro adhuc puero uaticinatum fuisse, eum maximum futurum Philosophum, Medicum, & uariarum artium peritum: in utroq; fidem factis assecutus. Filium reliquit ingenio magnum Cristiernum Tanstetter Artium Baccalaureum & honestissimi Senatus Vien. consiliarium. Obijt hoc anno Iohan. Angelus Bauarus excellentissimus Mathematicus & Orator qui uertit Theodorum siculum de uita Alexandri magni, relictis pòst se multis & præclarissimis scriptis, sepultus hic Viennæ apud D. Laurentium.*	

271 M. SEBASTIANVS Tenckh ex Fronleyten Sententiarius. 386

DE TVMVLTV INTER SCHOLARES ET LIGONISTAS SIVE Vinearum cultores in Festo Corporis Christi in suburbijs ciuitatis Viennen. exorto.

Ex leuißima duorum Studiosorum, cum Vinearum cultoribus contentione, ingens fit, ab utraq; parte concursus, & grauißimus exoritur tumultus. Studiosi ex domo quadam ad horas tres sese contra maximam Rusticorum copiam fortißimè defendunt. Quo cum Iudex huius ciuitatis una cum Academiae Legatis, ad componendas seditiones interuenisset, uir eruditißimus M. Quirinus Teininger, à Iudicis lictore quodam & custode captiuorum innocentißime trucidatus fuit. Iohan. Eckher inclytae facultatis artium Pedellus circiter 25. uulneribus acceptis, Medicorum industria restituitur. Ab vtraq; parte atrociter congressum fuit. Rustici tandem sibi fuga consulere coguntur. Quae clades cum in urbe innotuisset, Studiosi undiq; confluunt, ac ter in Collegium Archiducale irruũt: quorum dolorem & indignationem nisi D. Rector singulari prudentia & humanitate mitigasset, ad publicum deuentum fuisset tumultum. Ex hac turba Studiosi occasionem summebant ut peterent publicè legi Priuilegia & Statuta Vniuersitatis. Quod cum Rector aliquoties recusasset, nec Studiosi ab hac sententia reuocari possent, tandem lecta sunt Priuilegia in Arce Imperatoria: praesente Regimine & tota Academia in die Diuorum Petri & Pauli, in maxima totius Aulae frequentia.

VI. Epi-

VI. *Episcopus Vien. Georgius à Slaconia Labacensis Administrator Petinen: Cæsari Maximiliano à Consilijs & sacris contionibus, obijt 6. Calend. Maij Anno 1522.*

1513

272 M. Iohan. Trapp Vien. Theolog. Professor III. — 240

A LEONE PP. X. *Academiæ Priuilegia Iurisdictionis separatæ confirmantur, quædam augentur, multa etiam de nouo conceduntur, & inprimis tam ab Episcopi quam aliorum concurrentia eximitur: ut Rector possit Studiosos ob excessus grauiores excommunicare & excommunicatos iterum absoluere. Verba autem Concilij Basilien. hæc sunt.*

QVOD *Rector & Decani siue Consiliarij præfati de omnibus & singulis ciuilibus criminalibus Testamentarijs & iniuriarum causis, suppositorum Vniuersitatis huiusmodi soli & nullus alius intra ciuitatem & districtum Viennen: huiusmodi absque concurrentia dicti Episcopi uel cuiusuis alterius cognoscere & illas decidere possint.*

273 Georgius Prenner Iur. Pontif. Doctor Canonicus Vien. & Ratisponen. II. — 310

DE PROFECTIONE STVDIOSORVM AB HAC VRBE AD Cæsarem Maximilianum, siue de bello latino.

MOTV *superiori etiam artificum & cerdonum turba in Studiosam iuuentutem concitata, uarios excitauit*

excitauit tumultus, ob quam causam studiosis armorum vsus publico decreto interdicitur. Quo facto indocta multitudo Philosophiæ canditatis cingulis indutis, illudere incipiebat. Quod cum Studiosi ferre non possent, cingulorum depositionẽ uiolentius etiam quam conueniret petunt. Authores huius turbæ in uigilia D. Laurentij, ne grauiorem excitarent seditionem, ab urbe discedere iubentur. Eo audito cõmunis fit confœderatio, ac eodem die octingenti Studiosi erecto uexillo egrediuntur urbem Welsam usque ad D. Maximilianum Cæsarem Augustißimum, à quo hanc Scholam unicè diligi sciebant, profecturi. Quo cum peruentum atq; D. Cæsari Academicæ huic militiæ obuiam exeunti, per Melchiorem Seuter eius exercitus Oratorem, qui postea Illustriß. Prin. Electo. Friderici Palatini. factus est Cancellarius, desiderium exulantis Scholæ fuisset explicatum: ibi tum pius Cæsar cum iuuentutis simplicitate, tum bonarum literarum amore permotus, milites hos Scholasticos honestißimo uiatico donatos, post clementißimam consolationem remisit, atq; hanc causam totã Illustriß. Principi & D. D. Ernesto Marchioni Baden: Ma. suæ uices hic in Austria gerenti commisit. Redeunt Studiosi huc Viennam in uigilia Natiuitatis Mariæ, atq; non cingulorum tantum impetrant liberationem, sed de nouo leguntur & confirmantur huic Gymnasio antiqua sua Priuilegia. Vbi etiam publicè admonitus fuit Magistratus Ciuilis, ne Academiæ Priuilegia in minimo offendãt. Atq; sic omnis controuersia fœliciter fuerat composita.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1514	274	M. Iohan. Trapp Vien. Theologiæ Professor IIII.	274

275 M. Christophorus Kulber Theolog. Professor IIII. 398

CELEBERRIMVS *fuit hic conuentus Principum, quos omnes & singulos Academia commodissimis & disertissimis excepit orationibus.*

Excepit	
1 *Diuum Maximilianum.*	*Ioachimus Vadianus Poeta.*
2 *Vladislaũ Hunga. et Boemiæ Regẽ una cũ liberis*	*Andreas Misbegius.*
3 *Sigismũdum Poloniæ Regem.*	*Ioachimus Vadianus Poeta.*
4 *Mariam Reginam Castellæ.*	*Sebastianus Wunderl.*
5 *Thomam Cardinalem Strigontensem.*	*Ludouicus Restio.*
6 *Matheum Cardinalẽ Gurcen.*	*Sebastianus Wunderl.*
7 *Christophorũ Episcopum Premen.*	*M. Christophorus Crassus.*
8 *Ioan: Bauariæ Ducem Episcopum Ratisponen.*	*M. Ciprianus Koster.*
9 *Wilhelmum Ducem Bauariæ.*	*M. Georgius Rythaimerus.*
10 *Ludouicum Bauariæ Ducem.*	*M. Ludouicus Kornhueber.*
11 *Casimirum Marchionem Brandenburg.*	*M. Christophorus Crassus.*
12 *Albertum Ducẽ de Mechelburg.*	*Leonhardus Coturninus.*
13 *Vdalricũ Principẽ Wirtenbergen.*	*M. Conradus Scipionis.*

14 *Geor-*

14 *Georgium Episcopũ Colocen: Hungariæ.*
15 *Georgiũ Episcopũ quinq; Ecclesien. Hunga.*
16 *Ioannẽ Episcopum Posnanien. Poloniæ.*
17 *Mathiam Episcopũ Vladislauien:*
18 *Petrum Episcopũ Premisßien: Polon:*
19 *Stanislaũ Episcopũ Olomucen: Morauiæ.*
20 *Christophorum Episcopum Labacen:*
21 *Wilileum Episcopũ Patauien.*
22 *Bertholdum Episcopum Kemensem Bauariæ.*

Excepit

M. Leonhardus Coturninus.
M. Ioannes Kresling.
Magister Stephanus Sprugl.
M. Leopoldus Hellndorffer.
Rudolphus Agricola iunior Rethus.
M. Wolffgangus Heiligmair.
M. Petrus Freylender.
M. Georgius Huetter.
Leonardus Coturninus Wirtẽbergen.

Horum omnium orationes disertißimæ typis circumferuntur excusæ.

1515 | 276 | M. Iohan. Heckman Theologiæ Licenciatus III. | 273

DISPVTAVIT *hic summus Theologus Ioan Eckhius Doctor Ingolstadien: tantam expertus Theologorum Vien: eruditionem & dexteritatem, quæ sibi non parum fecerit negocij: ita ut fateatur alicubi se in tota peregrinatione quam disputandi studio, ad uarias Academias instituerat, doctiores & acutiores Theologos non reperisse.*

FLOREBANT *autem hoc tempore celeberrimi Theologi: Martinus Hupper, Christophorus Kulber, Ioannes Trapp, Georg. Launtsch, Theodoricus Renanus, Thomas Resch, Ioannes Heckman, Ioannes Camers.*

277 Victor Gampp. Vien: V. I. Doctor. — 36

FACTVS *postea Regis Ferdinandi Consiliarius, fisci Austriaci Aduocatus: frater vterinus Magnifici & Clarissimi Iureconsulti D.* STEPHANI SCHVVARTZ. *Cæsarij Consiliarij.* OBIIT 29. *Iulij Anno* 1535.

FILIOS *reliquit duos, Hieronymum I.V. Doctorē & Professorem ordinarium, & Matheum Gampp causidicū Vien: hominem probum & singularē studiosorū fautorem.*

1516 — 278 M. Ioachimus Vadianus Heluetius Poeta Laureatus & Professor in re poetica. — 310

DE FAMILIA ET MERITIS

AMPLISSIMI VIRI D. GEORgij Giengeri.

MAGNO *totius Reip: commodo primam in artibus liberalibus lauream hic consequitur vir nobilissimus & celeberrimus I. C.* GEORGIVS GIENGER *Vlmensis, filius Damiani Giengeri præfecti in Naw.*

IS *ubi Iurisprudentiæ amore multa celeberrima peragrasset Gymnasia, atq; Doctorea floreret dignitate ex Cancellario Constantien: Imperij rebus exercitatissimo. Regis Ferdinandi fit Consiliarius in Amplissimo Senatu Tyrolensi Austriæ supra Anasum.*

CVIVS

CVIVS *prudentia & humanitas vsque adeo grata fuit Regi, ita perspecta fides & integritas, vt ei huc Viennam vocato supremi Aulæ Regiæ Cancellarij vices committeret. Quas cum per annos* VII. *integros ex innata sua modestia & prudentia, quod paucissimis contingit, citra cuiusque vel offensionē vel inuidiā fœlicissime sustinuisset, eam meritus est gratiā, vt Amplissimo & Illustrissimo Sueuiæ Ducatui præficeretur.*

CVM *autem Reg: Maiest: sibi viri huius consilio & prudentia, vix carere posse videretur, paulo post iterū huc ad suæ Mai: latus & consilium arcanum reuocatur. In quo officio ita antiquam retinet pietatem, vt veluti numen aliquod, non ab ipsa tantum aula, sed à tota veneretur Repub: Qui vt antea semper modestissimus fuit & humanissimus ita iam in reuerenda senectutis dignitate, speculū est humilitatis, atque perpetuum totius Sueuiæ decus et ornamentum.*

AD *hæc quod non tantum viro huic optimo, sed Cæsari nostro Ferdinando Augustissimo cōtigit ab hoc genere singulare, fratres habet octo, viros nobiles & Clarissimos, quos suo exemplo & studio eo vsque instituit & prouexit, vt omnes Cæsari seruiant in summis consilijs & offitijs.*

ANTHONIVS GIENGER *Cæsar: Mai: Consiliarius rationum Cameræ Austriacæ, albo Gymnasij ascriptus est. Anno* 1520 *sub Rectore Vdalrico Kaufmanno Maximus studiorum fautor.*

HI *omnes originem suam ducunt à* IACOBO GIENGER *Equite & Prætore* Vlmensi, *qui floruit circa annum* 1324.

FILIAM *huius* GEORGII *nostri* GIENGERI. *I.C. honestissimam Constantiam, duxit in vxorem nobilitate clarissimus, & eruditione nobilissimus* D. LEONHARDVS PVCHLER *à Weittenegg*

Tyrolensis. Cæsar: Ma. Consiliarius Cameræ Aulicæ, & Serenißimi Regis Boemiæ D. Maximiliani Cancellarius. Vir multarum artium peritißimus, modestia & prudentia Socero simillimus, singularis studiorum fautor & Mecænas scholæ huius optimus.

EODEM *tempore Philosophiæ castra sequebantur Iacobus Spiegel I. V. Licenciatus Cæsaris Maximiliani Secretarius. Christophorus Poldt Cæsareus Consiliari. Cameræ Austriacæ, & Georg. Logus Poeta Laureatus.*

DE NOBILISSIMO ET MAGNIFICO VIRO D. GEORGIO à Maminga.

NON *parum etiam* ORNAVIT *hanc scholam* GEORGIVS *de Maming in Kirchperg Eques auratus Cæs. Maiest per annos aliquot in Regimine inferioris Austriæ Consiliarius, paulo post Serenißimi Principis & Archiducis Austriæ Caroli aulæ perfectus, iam subpræses Cameræ Austriacæ. Vir animo prudens, & Consilio grauis, de bonis literis & hac schola publica optime meritus. Qui ex hoc Gymnasio bonis artibus tres excoluit filios Wilhelmum, Christophorum & Ioannem.*

279 M. Iohannes Hueber de Ebersperg Theologiæ Baccalaureus. 387

IOACHIMVS *Vadianus Poeta Laureatus creatur Doctor.*

OBIIT *Ioannes Buschius* XI. *Præpositus & Cancellarius Vniuersitatis Viennensis.*

M. Chri-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1517	280	M. Christophorus Kulber Theologiæ professor Canonicus Vienn. V.	280
	281	Vdalricus Kaufman de Campidono LL. Doctor. II. VENDITVR *Bursa Pauli & eius in locum domus emitur proxima, quæ nũc dicitur Bursa Haydenhaim ex fundatione Pauli Wann Canonici & Concionatoris, circa annum 1484.*	361
1518	282	Leopoldus de Iordanis Viennen: Medicinæ Doctor.	250
	283	Martinus Edlinger Theologiæ Licentiat. XII *Ianuarij D. Maximilian: Ro. Imp. Aug. mortem quam ex singulari Dei prouidentia per integrum annum antea præsciuerat subijt Welsæ, et in noua ciuitate luctu sepelitur publico. In cuius funere orationem habuit elegantissimã Clarissimus & celeberrimus I. C. Philip. Gundelius.*	324
1519	284	M. Christophorus Kulber Theologiæ Doctor. VI. XXVIII. *Iunij D. Carolus* V. *Rex* XXVIII. *regnorum potentissimus, cõmuni totius Imperij consensu Romanorum fit Imperator augustissimus.*	338
	285	Vdalricus Kauffmã ex Campidono LL. Doctor III.	323
1520	286	Ioannes Wentzelhauser Medici. Doctor.	246

M. Leonhar-

Anni Christi	Rectores		Albo inscripti
1521	287	M. Leonhardus Schratzhamer ex Laugingen Theolog. Baccalaureus. APPVLIT *in Austriam* D. FERDINANDVS *Archidux Austriæ* CAROLI V. *Ro: Imp: frater Germanus atq́ eodem Anno celebrauit nuptias cum Serenißima Regina* ANNA LVDOVICI *Regis Hungariæ sorore unica.*	123
	288	M. Iohan. Trapp Vien. Theologiæ Professor.	86
1522	289	Andreas Harrer ex Gamundia I. V. D. VII. *Episcopus Vien. Ioan. à Reuellis Gallus, Serenißimi Principis* FERDINANDI *Archiducis Austriæ ab Eleemosinis & confeßionibus. Obijt anno* 1530.	234
	290	Iohan. Salius ex Styra Med. Doctor Archiducis Austriæ Ferdinandi Phisicus. *D. Ioan. Trapp Theologiæ Professor fundauit stipendium in Bursa agni.*	151
1523	291	Iohan. Salius Medicinæ Doctor II.	186
	292	Ambrosius Saltzer de Sopronio Theologiæ Licenciatus. REVERENDVS *hic senex iam octogenarius optimè semper*	113

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		semper de hoc Gymnasio fuit meritus. Ascriptus est huic Albo anno 1499. Vbi pro summa ingenij fœlicißimi dexteritate post maximos in hoc studio labores Licentiam in Theologia aßecutus est anno 1519. Quo tempore in eadem facultate VII. creabantur ex eodem actu Licenciati. PROFESSUS *est hic artes liberales atque diuinam hanc scientiam ex Iußu Regis Ferdinandi maxima cũ laude per annos 42. integros. Iam meritorum ergô rude donatus emeriti militis libertate placidißimè perfruitur. Vir ingenio præclarus, doctrina magnus, conuersatione iucundus & pietate integerrimus: singulare huius Academiæ decus & ornamentum.*	
	293	Leonhardus Dobrohost V. I. Doctor LL. Professor ordinarius.	96
1524	294	Vdalricus Fabri Rhetus Medicinæ Doct.	72
	295	M. Albuinus Greffinger ex Schuuatz Theolog. Licenciatus. HOC *anno maximum hic Viennæ fuit incendium ex quo tria virginum Monasteria Cœli portæ D. Hieronymi & S. Iacobi conflagrabant.*	58
1525	296	M. Christophorus Kulber Theologiæ Doctor VII.	55

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
		OPTIMVS *hic vir septies hoc Magistratu perfunctus præ cæteris præclarißimè de hac Schola fuit meritus.* FVNDAVIT *etiam Stipendium in Bursa Agni.* CAPITVR *interea Galliarum Rex Franciscus ad Tycinium.* ORITVR *tumultus rusticorum in Germania.*	
	297	Iohan. Bruelmair ex Lintz Iuris Doctor. PERIIT *Ludouicus Rex Hungariæ.* FLOREBANT *circa hæc tempora Nicolaus Fabri Theologiæ Doctor, Canonicus Vradislauien. Ioan Henckh Concionator Reginæ Mariæ. Ioan. Alexander Braßicanus Philosophus, & M. Ioan. Vogelein insignis Mathematicus.* LITERIS *& moribus illustrantur. Iacobus à Lamberg vice gerens Carniolæ. Georg. Weisperger Regius Secretarius. D. Wolfgangus Comes à Salm. Georg. à Lamberg Laurentius saurer Cæsaris Consiliarius & Secretarius. Primus Lackner. Iustus de Argento Secretarius Latinus. Sebastianus Braßicanus Secretarius Regius. Egidius Neupeck postea I. V. Doctor clarißimus & consiliarius Imperatoris in Regimine Austriæ. Qui Obijt hoc anno in mense Ianuarij.*	65
1526	298	Iohannes Heyn Vien. Medicinæ Doctor. ACADEMIA *Marburgen. in Heßia initium cæpit.*	14
	299	M. Iohan Aurifaber Varasdiensis. PRIMA *Maij nascitur* PHILIPPVS *Caroli V. Cæsaris filius.* I. AV-	57

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		1. *Augusti nascitur D.* MAXIMILIANVS *Archidux Austriæ,* FERDINANDI I. *Cæsaris filius, Rex Boemiæ Augustißimus, bonarum Literarum cultor & Mæcenas optimus, Viennæ Austriæ.*	
1527	300	Ambrosius Saltzer Sopronień. Theol. Licenciatus. II.	11
		FERDINANDVS *Rex Rom: Coronatur Pragæ Rex Bohemiæ 17. Februarij. Hungariæ vero in Alba regali 3. Nouembris.*	
		STEPHanus *Maus fundauit Stipendiū in Bursa Rosæ.*	
	301	Laurentius Motz Wirtenbergen: I.V. Doctor Canonicus Vien: Official. Patauien. Institutionum Professor.	51
		DECIMA *Martij Balthasar Huebmer ex Fridperg Sacrarum Literarū Professor, Anabaptistarū primus fere author cōburitur: triduo post vxor eius in amnē proijcitur.*	
1528	302	Vdalricus Fabri Rhetus Medici. Doct. II.	45
	303	M. Bartholomæus Gebel Frācofordianus.	36
		XI. *Martij* CAROLVS *V. Cæsar celebrat Nuptias cum Isabella filia Regis Lusitanici.*	
		EODEM *anno Leonora Caroli V. Cæsaris Soror nubit Francisco Galliarum Regi.*	
		14. *Iunij nascitur* FERDINANDVS *Archidux Austriæ,* FERDINANDI I. *Romanorum Imperatoris filius Lintzij.*	

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1529	304	M. Martinus Edlinger Theologiæ Licenciatus. VIENNA *à Turcis obsessa & grauiter oppugnata fuit in mense Octobri: ubi cum per dies 22. strennuè abutraq; parte pugnatum esset, hostis re infecta fuga sibi consulere cogitur.* EODEM *anno suburbia in quibus dimidio plura fuerũt ædificia quam in ipsa urbe à ciuibus comburuntur, ne hostibus ad expugnandam Ciuitatem præsidio esse poßint.*	2
1530	305	Laurentius Motz Wirtenberg. I. V. Doctor. II. 24. *Februarij* CAROLVS V. *Rom. Imperator Aug: Bononiæ in præsentia multorum Principum, maxima pompa coronatur.*	11
	306	Vdalricus Fabri Rhetus Medicinæ Doctor III. CIRCA *hæc tempora hæc Academia tum propter superiores tumultus Scholasticos, tum propter Turcicas incursiones ita decreuit, ut penè concidisse uideretur.*	19
	307	M. Georgius Reichart Scotus Iur. Pontif. Licenciatus Vien. & Brunnen. Canonicus. FERDINANDVS *Archidux Austriæ Philippi Hispaniarum Regis filius Caroli* V. *Cæsaris frater Rex Rom. Electus.*	8

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1531	308	Albinus Graffinger ex Schuuatz Theolog. Licenciatus II. VIII. *Episcopus Vien. Ioannes Fabri Theologiæ Doctor Ferdinandi Regis Rom. à confeßione: oritur* 12. *Iunij anno* 1541. IS *huic Academiæ ingentem & uix comparabilem donauit librorum optimorum thesaurum, & perpetuos reliquit redditus ex quibus hodie in Bursa Pruck* V. *aluntur Studiosi Sueui & Austriaci.*	24
	309	Laurentius Motz I. V. Doctor III. *Resignauit* 8. *Iulij. Moritur eodem mense, ei subrogatur.*	
1532	310	M. Bartholomæus Gebel Francofordianus II.	
	311	Vdalricus Fabri Rhetus Medicinæ Doctor IIII. MIGRAVIT *ex hoc seculo clarißimus Vir D. Simon Latz Medicinæ Doctor. Præstantißimi uiri Wolffgangi Latzij Medicinæ Doctoris & Professoris Ferdinandi* I. *Cæsaris & consiliarij & historici Pater.*	12
1533	312	M. Iohan. Aurifaber II. ORITVR *contentio inter Cancellarium & Superintendentem de seßione & præeminentia siue dignitate,*	34

 quam

quam controuersiam solus & unicus Paulus ab Oberstain etiam Rectori mouere & opponere ausus fuit. Sed quemadmodum indignè & præter antiquissimam Academiæ consuetudinem, ita etiam frustra. Prudentissimus enim Imperator noster Ferdinandus hanc controuersiam hoc Anno Regio suo decreto ita decidit: Ut Rector ubiq; primū, Cancellarius secundum, & Superintendens Regius tertium habeat locum. Nec id aliter unquam obseruatum esse deprehendimus.

IDEM *Rector in publicis processionibus & Stationibus proximum huc usq; semper à Principe aut eius uices gerente locum habuit. Quod etiam in alijs Gymnasijs bene recteq; constitutis, iure obseruari uidemus.*

NAM *ut nihil est neque uirtute præstantius neq; scientia nobilius, ita merito primum sibi uendicat locum ea Respublica, ex qua uelut ex fonte reliquæ omnes sunt profectæ, & sine cuius præsidio nulla Reipublicæ pars rectè unquam conseruari potest. Et certè tanto nobilior Principum quisq; haberi debet, quo nobiliorem & præstantiorem habet Scholam. Nec sine honore aut uirtutum, aut literarum aliqua saltem pars in Republica retineri potest.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1533	313	Ambrosius Saltzer Sopronien. Canonicus Vien. III.	22

DE PRAESENTI ACADEMIAE
Viennen. statu.

CAEPIT *sub id tempus hæc Academia ex summa clemētissimi Regis* FERDINANDI *designati Impera-*

Imperatoris liberalitate succrescere. Qui cum pro innata sua prudentia uideret, Academiam bene institutam omnibus rebus humanis longè esse superiorem, nec ullo posse æstimari precio: nobilissimo & celeberrimo huic Archigymnasio priorum Principum & Cæsarum Priuilegia non paucis de nouo superadditis, confirmauit. Deinde Professoribus quos ex celeberrimis Gymnasijs huc conscripserat, auctiora offert stipendia. Tum vt laudatissimum hoc suæ Ma: propositum, toti orbi innotesceret, omnibus Sudiorũ causa huc venientibus, publico scripto, in omnes prouincias promulgato, summã pollicetur clementiã & immunitatem.

Atq; sic uides celeberrimum hoc Gymnasium semper fuisse Cæsareum. Dignissimi profectò sunt Augustissimi Archiduces Austriæ tam celebri Academia: digna est etiam Schola tantis totius orbis Principibus & Dominis potentissimis.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	314	Vdalricus Gebhart V. I. Doctor Rom. Reg. Ma: consiliarius.	39

PRIMVS *hic fuit Rector Vxoratus. Quod Reg: Ma: in futurum etiam publico scripto concessit, vt Rectores huius Academiæ vxorati esse possint: ita tamen, quoties ad Ecclesiasticas censuras procedendum est, ut Rector coniugatus clericum substituat.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1534	315	Iohannes Gastgeb Medicinæ Doctor.	42

OBIIT *Wilhelmus Puelinger Patauien: Superintendens Bursæ Haydenhaim*, Vir *bene de Schola meritus.*

RENOVATA *est Schola Iurisconsultorum.*

M. Iohan.

Anni Christi	Rectores		Albo inscripti
1535	316	**M. Iohan Aurifaber Canonicus Vien. III.** D. FERdinandus *Augustißimus Rom. Rex Academiæ donauit reliquias bonorum D. Nicolai in suburbijs Vien. & D. Vdalrici in noua ciuitate, ex deuastatione Turcica relictorum.*	28
	317	**M. Georgius Hieter ex Gaubitsch Canonicus Vien.** FVNDAVIT *stipendium in Bursa Rosæ.* ASSVMITVR *in Professorem Iuris Ciuilis ordinarium uir I. V. consultißimus. D. Claudius Canciuncula Regius consiliarius.* INSTAVRATVR *Academia Marburgensis in Hessia à Philippo Landtgrauio.*	24
1536	318	**Vdalricus Gebhart I.V. Doctor Consiliarius Regius II.**	56
	319	**Leopoldus Iordanus Vien. Medicinæ Doctor II.**	26
	320	**M. Georgius Hieter Canonicus Vien. II.** DECIDITVR *controuersia inter Episcopum & Academiam, de Iurisdictione in Scholares clericos.* VOCATVR *huc celeberrimus I. C.* FABIVS *de Narnia Romanus, Professor Ingolstadiensis.* SCRIPTVM *etiam fuerat Iohanni Fichardo I. C. Sed is cum aliam conditionem accepisset, honestißimè sese excusauit.*	47

Iohan.

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1537	321	Iohan Gaudentius Anhauser ex Reitlingen, Theologiæ Doctor. PVBLICATVR *Inuictißimi Rom. Regis Ferdinandi 1. reformatio huius Academiæ prima. 17. Septembris in* AVLA *vniuersitatis: quæ vtilißimam continet optimæ & absolutißimæ Scholæ formam.* FATIS *ceßit hoc anno eruditione & pietate clarißimus vir D. Geor: Ratzeperger. de pia Iuuetute scholastica optimè meritus. Qui Scholæ apud D. Stephanum per annos 36. integros summa cum laude & publica vtilitate præfuit, atq; multa præclara affirmauit ingenia, vir perpetua memoria dignus, & cui pro tantis, in Remp. meritis ipsa Respub. in primis hæc Ciuitas gratias satis dignas nunquam referre queat.*	22
	322	Stephanus Schuuartz Vien. I.V. Doctor. IAM *Senior tam in Cæsaris Ferdinandi Consilio Austriaco, quam in celeberrima facultate Iuridica. Cuius opera et consilio Cæsarea Maiestas à multis annis, primum in Aula Regia deinde in Regimine, tum uarijs & grauissimis Legationibus præ cæteris frequentißimè utebatur. Multis quidem præclarißimis uirtutibus præditus, hoc tamen pro innata sua beneuolentia uidetur habere quasi singulare: quod de omnibus semper studeat bene mereri.* OPTIMVS *hic publicorum Studiorum Mecœnas, & singularis hominum eruditorum fautor Bartholomæus à Cataneis Præpositus Hertzogburgensis Cæsar. Consiliarius de meis studijs optimè meriti, primi mei fuerunt in hac Academia celeberrima patroni, quibus me eo nomine maximam fortunæ meæ partem etsi quid amplius sperandum sit debere fateor.*	62

ERIGITVR *Schola Argentinensis à Senatu Vrbis eiusdem prudentissimo.*

1538

323 — 60

Franciscus Emericus Oppauianus Medicinæ Doctor.

CELE*berrimus hic Medicus experientia summus, eruditione in sua professione nulli secundus, omnes Medicinæ partes in hac Schola per annos* XXV. *continuò maxima cũ laude docuit, atq; eam artem ad communem Reip. salutem summa exercuit fide. Primus ueram huius artis Methodum ex Galeno in hanc Scholam introduxit: Primus optimos quosq; Authores ipsi Galeno pro luce accommodare cœpit: primus auditores ad ægrotos in praxi secum circumduxit. Nemo hoc uno plures in hoc* Gymnasio *unquã creauit Doctores, homines eruditissimos, quorum opera fœlicissimè Resp. salua & incolumis conseruari potest, Quibus nominibus Vir optimus de hoc Gymnasio præclarissime est meritus.*

IX. *Episcopus Vien: Fridericus Nausea Blancicampianus. Obijt in Concilio Tridentino* VI. *Februarij. Anno* 1552. *Cui successit Christophorus Wertuuein Phortzhaimensis, Episcopus Vien:* X.

324 — 59

M. Iohan Gosl ex Wunsidel,

HOC *tempore I. V. Doctor clarissimus, Cæsareus cõsiliarius & superintendens vigilantissimus.*

CASPARVS *Vrsinus Velius Schuemnicensis Poeta insignis, Orator celebris, Grecè & Latinè doctissimus, Regis Ferdinandi liberorum Præceptor & Historicus,* 5. *Maij mane sub horam* 6. *subito amissus fuit. Quem*

alij

alij in Danubium deiectum, alij meditabundum ut assolebat in ripam delapsum, alij veneno sublatum existimabant.

1539	325	M. Iohan Aurifaber Cano: Vien. IIII.	121

27. Nouembris. obijt Ioan. Alexander Brassicanus summus Philosophus, Vir Grece & Latine doctissimus.

	326	Philippus Gundelius Patauien: V. I. Doctor Rom. Reg: Ma. Consiliarius, Fisci inferioris Austriæ Aduocatus.	63

QVID *de summi huius Viri & celeberrimi Iure consulti summis virtutibus, prudentia incomparabili, & meritis in hanc Scholam diuinis, pro dignitate dicere sit satis, prorsus ignoro. Qui cum literas humaniores tam Græcas quam Latinas cum in hoc nostro tum in Cracouiensi Gymnasio summa cum laude docuisset, atq; summorũ Principum consilijs assedisset, Augustissimi Rom. Regis Ferdinandi fit primùm aduocatus fisci, deinde Consiliarius Regiminis Austriæ. Rude tandem atq; emeriti militis libertate summa cum gratia donatus, iam literarum fruitur solatio. De hac Schola iã olim tantũ fuit meritus, ut sub Rectoratu Leopoldi de Iordanis ex publico Gymnasij Decreto Academiæ Patronus & conseruator habitus sit atq; indicatus. Dignus sanè cui hæc ipsa Academia auream erigat statuam. Quæ etsi auro plerumq; careat & argento, dabit tamen aliquando Auro Arabico longè præclariora, æternam scilicet gloriam ac ipsam immortalitatem: qua hæ nobilissimæ literæ alumnos suos omnes semper exornare erigere atque in diuorum usq; consortium extollere solent.*

DE MAGNIFICO VIRO D. BERNHARDO WALTHERO I. C. *Cæsaris Ferdinandi Consiliario & Cancellario Austriaco.*

SVB *huius Philippi Gundelij Magistratu, Non parum illustrat hoc Gymnasium integerrimus & I. V. Consultissimus vir D. Bernhardus Walther, qui cũ ius Ciuile per annos aliquot maxima diligentia publicè docuisset, atq; causas summa fide & dexteritate egisset, vocatur in Consilium Regium: in quo iam summa omnium cum admiratione supremum agit Austriæ Cancellarium. Vir æquitate iustissimus & pietate insignis, Qui etiam Superintendentis officio huius Academiæ summa diligentia perfunctus est.*

CVIVS *frater Bernardus Waltherus attestationum commissarius, iam dudum Doctorea Laurea dignus, non desinit benè de hoc Gymnasio semper mereri.*

3. *Iunij Viennæ Austriæ nascitur* CAROLVS *Archidux Austriæ*, FERDINANDI I. *Rom. Imp. filius.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1540	327	Iohan. Entzianer Med. Doctor Rom. Reg. Maiest. Consiliarius & Physicus.	49
	328	Idem Ioan. Entzianer Medici. Doctor. II.	20
1541	329	Ambrosius Saltzer Theologiæ Licenciatus IIII.	15

TANTA *sæuit hic pestis vt tertia ferè pars hominum ex ea perierit.*

Ioan-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	330	Ioannes Ludouicus Brasſicanus I.V.D. Conſiliarius Regius & Iur. Canonici Ordinarius. ORATOR atq; Poeta Clariſsimus & inſignis I. C. cauſarum forenſium Aduocatus exercitatiſsimus. OBIIT 3. *Iunij Anno* 49.	60
1542	331	Franciſcus Emericus Medicinæ Doctor & Profeſſor II. INFRA *hoc Decennium clarebant literis. Ambroſius Saltzer, Iacobus Ziegler, Ioannes Gaudentius celeberrimi Theologi.* FABIVS *Romanus, Claudius Canciucula, Philippus Gundelius, Bernhardus Waltherus, Ioannes Baptiſta Pachaleb, Ioan. Ludouicus Braſsicanus Iureconſulti clariſſimi. Franciſcus Emericus, Ioannes Entzianer, & Wolfgangus Latzius inſignes Medici. Antonius Margarita Hæbræus, Georgius Rithamerus Græcarum Literarũ Profeſ.*	53
	332	M. Georgius Hieter Canonicus Vien. III. SVB *Philoſophiæ Caſtris militabant, Nicolaus Comes à Salm, Achatius & Fœlicianus ab Herberſtain, Stephanus ab Eyhing Baro. Adamus et Carolus à Dietrichſtain Baro. Ludouicus à Kirchperg, Ludouicus Peer Cæſar. Conſi. & Secre. Andreas Lindauer Reg. Con. & Alaburchos Vien. Chriſtophorus Nicolaus & Staniſlaus Sobeck Barones Poloni, Leopoldus Grabmer, Wolfgangus & Ioan à Kunigſperg. Bernhardus Weltzer, Chriſtophorus & Georgius ab Altham, Chriſtophorus Iorger, Leonhardus à Liechtenſtain de Nicolſpurg, Vitus Albertus de Puechaim Sebaſtianus de Greis, Bernhard. et Chriſtopho. à Teuffenpach.*	41
1543	333	Stephanus Sprugl Canon. Vien: ex Olemu. OBIIT *anno.* 1555.	65

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
		Hoc *anno defunctus est Georgius Rithamerus Græcarum Literarum Professor: cuius filia honestissima Waldpurgis nupta est Clarissimo Viro D. Paulo Fabricio Medi. D. Cæsaris Ferdinandi & Archiducum Austriæ Mathematico excellentissimo.*	
	334	Iohan. Baptista Pachaleb Vien. I. V. Doctor. Consil. Regis Fisci inferioris Austriæ Aduocatus Iuris Ciuilis Lector primarius. Magnam *hic vir insignis & clarissimus I. C. Patriæ suæ Viennæ attulit Gloriam Qui vbi Iurisprudentiæ cognitionem in celeberrimis Italiæ Gymnasijs consecutus esset singularem magna cum laude eam artem hic professus fuit, atque in officio suo quod pro Fisci defensiõe gerebat maximos sustinuit pro Rep. labores. Vocatus tandem ad Aulam Cæsaris, nunquã desinit benè de hac Academia mereri.* Academia *Regiomantana in Prussia inchoata.*	19
1544	335	Iacobus Walch à Tesingen Medicinæ Doctor. Obiit *Paulus ab Oberstain I.V. Doctor. D. Maximiliano Imp. à Secretis* XII. *præpositus & Cancellarius Vniuersitatis Vienn.*	75
	336	M. Stephanus Raisperger Canoni. Vien.	69
1545	337	Idem M. Stephanus Raisberger.	80

Mortem

MORTEM *subijt Ioannes Rosinus Orator eximius & Poeta insignis Liberorum* FERDINAND: I. *Cæsaris Præceptor* XIII. *Præpositus & Cancellarius Academiæ Vien.*

CVI *eodem Anno succedit Ioan Saur S. Theologiæ Doctor. Ferd. Regis à Concionibus.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	338	Ioan Ludouicus Brassicanus I. V. Do. II.	72
1546	339	Wolfgangus Latzius Vien: Medicinæ Doctor & Professor.	78

HOC *Viro vno hæc Academia nihil habuit celebrius unquam. Nec amplius quidquam de eo dici potest, quam quod ex monumentis suis celeberrimis, summa cum vtilitate totius Reip. literariæ in publicum æditis, eam proprijs uirtutibus comparauerit laudem, quæ sola sibi ad comparandam immortalitatis gloriam sufficere possit, & qua facilè aliorum laudes contemnere, aut saltem non admodum indigere uideatur. Nisi quod nos ipsos maxime deceat, & quod res est fateri, & hanc quasi gratitudinis significationem etiam gratæ posteritati literis declarare. Professus est primum hic artes, deinde saluberrimam Medicinã per annos* 19. *continuos, ea dexteritate & fide, qua maiorem in Viro bono desiderare nemo queat. Opera autem quæ hucusq; edidit hæc sunt. Reip. Ro libros* XII *qui locupletati & Iconibus innumeris adornati recuduntur.*

DE *Gentium Teutonicarum migrationibus lib.* XII. *qui similiter prosapijs nobilium pluribus aucti renouantur.*

VIEnnæ *lib.* IIII *ante annos* XIIII *scripti, qui emen*

emendatiores facti, prelo denuo destinantur.

CHOROGRAPHIA *Hungariæ cum libello adiecto.*

CHOROGRAPHIA *Austriæ ab ipso Authore ære celata, cum Epitome Austriæ Principum.*

CHOROGRAPHIA *Græciæ duplex it idem ære sculpta, cum explicatione Herorum et insigniū, locis Poetarum adductis.*

CHOROGRAPHIA *Castrametationis Hungariæ cum Historia rerum gestarum subiuncta.*

EX *opere insigni ac maximo S. R. Cæs. Ma: antiquorum numismatum ædidit tabulam unam cum commentarijs.*

AE*didit etiam Vaticiniorum opusculum, & ex vetustis autoribus Abdiam qui historiam Apostolorum cum Christum in carne uidisset conscripsit. Sulpitium Seuerum qui Diui Martini res gestas luculento sermone adnotauit. Alcimi Auiti Poetæ insignis de Virginitate & antiquitate uestalium instituti. Honorium de Imagine mundi.*

PREMIT *uero adhuc nondum ad extremam manum perductas Decades rerum Austriacarum tersa dictione historica instructas, quod solum opus memoriam sui relinquere cupit ac sperat.*

FAMI*liarissime utitur candidissimè & prudentissimo uiro D. Ioanne Iordano Cæs. Consiliario & Secretario, sub hoc Magistratu inscripto, & integerrimo atq; humanissimo uiro D. Francisco Iglshofer Cæsareo Consiliario & Secretario: de literis et hominibus eruditis optimè merito. Qui huic albo ascriptus est anno 1517. sub Magistratu Domini Mag. Iohan Hueber, non infima huius Academiæ gloria.*

PRAETER *hæc celeberrima opera, ingens adhuc optimorum authorum ab hoc uiro sperandus est Thesaurus, antea in Rep. literaria nunquam uisus.*

M. Lucas

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	340	M. Lucas Guettenfelder bonarum Art. Professor. *HVIC viro clarissimo & Oratori & Philosopho nunquam defuit neque uoluntas neque effectus quam optimè semper de hoc Gymnasio bene merendi. Iuuentutem per annos 28 cum priuatim tum publicè summa cum laude instituit, atque multa praeclara & optima in omnes Reip. partes efformauit ingenia Meritus qui rude donaretur, & in hac aetate fere grandiuscula priuato otio perfrueretur.* *27. Ianuarij ex partu Iohannae filiae, Obijt Serenissima D. ANNA Hung: Regina FERDINANDI Rom. Imperat. contoralis chariss.*	109
1547	341	M. Georgius Hieter Canonicus Vien. IIII.	79
	342	Iohan. Thuerndl I. V. Doctor Institutionum ordinarius Professor. *CONTRA huius electionem protestatum fuerat, quod in facultate nec inscriptus, nec in Collegium assumptus esset. Sed ea fide & integritate praefuit huic officio, ut nihil in eo quod bonum deceat uirum, desiderari potuerit. Obijt 5. Iunij anno 49.*	54
1548	343	Franciscus Emericus Med. Doctor Primarius Professor Practicae III. *SERENISSIMVS Archidux Austriae MAXIMILIANVS filius D. Ferdinandi Imp. primogenitus celebrat nuptias cum Serenissima Regina Castellae Maria Ca-*	93

M roli

roli V. Rom. Imperat. Filia Hispaniæ Vallis Doletæ in mense Septembri. Quod consortium diuinum plane D. O. M perpetuo conseruare velit, sedulo hæc Schola precatur.

VOCATVR ex Italia excellentissimus Iureconsultus Martinus Bondenarius, qui postea Vniuersitatis factus est Cancellarius præpositus Vien. & Ardacen.

344 M. Georgius Muschlerus Oettingensis. 154

HIC ea authoritate bis præfuit huic Academiæ, qua amplissimam ab hoc Gymnasio celeberrimo meritus fuerit gratiam. Qui dum per annos XIX. integros non publicè tantum artes hic maxima fide docuit, sed Scholæ etiam priuatæ apud D. Stephanum toto hoc tempore summā curam habuit, multa præclarissima produxit in hanc Remp. ingenia. Adeo vt maxima Scholæ huius pars, hunc virum cum de Iuuentute, tum de tota Academia præclare meritum suum agnoscat præceptorem.

VOCANTVR sub eius Magistratu huc ex Louaniensi Gymnasio tres insignes Philosophi M. Andreas Dadius. Wilhelmus Coturnosius. & Ioan. Ramus Poeta celebris. Quorum studio atq; diligentia Philosophia in hac Academia iterum fuit restaurata. Interea temporis omnes Doctoream dignitatem assecuti sunt.

RAMVS Louanij Iura profitetur. Conturnosius Magnifici viri AVGERII à Wißbekze Imperatoris Legati apud Turcarum Cæsarem agit Physicum. Dadius in hunc vsq; diem Philosophiam profitetur naturalem, nec vnquam desinit bene de hoc Gymnasio mereri.

COEPIT Academia DILLINGENSIS fundata ex Louanien: & Ingolstadien: ab Episcopo Augustano.

Leonhar-

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1549	345	Leonhardus Villinus Hoffler Styrus Theolog. Doctor. 13. *Februarij D. Maximilianus Archidux Austriæ electus est in Regem Bohemiæ.*	101
	346	Fridericus Harrer I. V. Doctor. FVNDAVIT *Stipendia quatuor Reuerendus D. Nicolaus Englhard Canonicus Vien: singularis Studiorum fautor.*	150
	347	Andreas Perlachius Medicinæ Doct. Mathematum per Annos 34. publicus Professor. FVNDAVIT *Stipendium cuius superintendens est Magnificus D. Philippus Gundelius Cæsareus Consiliari.* DIVVS FERDINANDVS I. *Rom. Imp. auxit Academiæ redditus annuos in Telonio Ybs à 900. vsq; ad 2000 florenorum.*	126
1550	348	Sigismundus Oeder Art. ac Philoso. Magister I. V. Candidatus. HIC *maximos sustinuit pro Rep. literaria labores cuius industria reuisa sunt omnia huius Academiæ acta Priuilegia & Statuta, ex quibus noua iterum colligitur reformatio.* PRO *his meritis idem Rector Magnificus in fœlici hoc suo Magistratu Doctoream dignitatem in V. I. consequitur, atq; nō multo post, Cæsaris factus cōsiliarius, in celeberrimo tandem inferioris Austriæ Senatu dignissimum sortitus est locum.*	78

M ij. LEON-

Anni Christi	Rectores	CATALOGVS RECTO.	Albo ascripti
1551	349	**Leonhardus Villinus Theologiæ Doctor & Professor, Canonicus Vien. II.** XXVII. *Martij huius Anni 51. D. Maximiliano Bohæmorum Regi nascitur filius primogenitus Ferdinandus Archidux Austriæ* II. *Tigallis in Hispania. Qui obijt hic Viennæ 25. Iunij Anno 52.*	67
	350	**Laurentius Kirchamerus Vien: I. V. Doct. Iur. Canonici Professor Ordinarius.** D. MAXIMILIANVS *Bohæmorum Rex fœliciter redijt ex Hispanijs. huc Viennā cum Serenissima Regina & cõiuge charissima salua et incolumi. Ex quo itinere Elephantem huc secum primus duxit in Austriam, qualis antea in Germania nunquam fuerat visus. Exceptus Academiæ nomine elegantissima oratione à Ioanne Baptista Pachaleb I.C. & Consilia. Cæsareo.* EODEM *anno nascitur Serenissimæ suæ Dig. Regiæ secundus filius, Rudolphus Archidux Austriæ hic Vien. 18. Iunij.*	40
1552	351	**Mathias Cornax Medicinæ Doctor.** EXCELLENT*issimi huius Medici opera mulieri cuidam Viennensi partus quem integrum ferè quadriennium in vtero gestauerat* 10 *Nouembris Anni 49. sic eximitur, vt non modo sanitati restituta, sed etiam ita sit conseruata, vt aliquot annos postea superuiueret & Paulo post iterum, conciperet.*	12
	352	**M. Georgius Muschlerus. II.** DIVO MAXIMILIANO *Bohæ: Reg. nascitur filius* III. ERNES*tus Archidux Austriæ Viennæ 15. Iunij.* HOC *Anno D. Ferdinandus Imp. tum temporis Rex Rom.*	179

Rom. Augustissimus in conuentu prouinciarum & statuum Austriæ publico pro literis & Scholis restaurandis grauissimam & disertissimam habuit Orationem, eisq; persuasit: ut vltra centum Studiosos pauperes, per quinquennium in hac Academia in bonarum Literarum studio, & præsertim ad Theologiæ professionem sustentarent. S. P. Q. Vien. per id tẽpus aluerũt 25. Studiosos ingenio alijs sagaciores, quibus ex patrocinio & auxilio Nobilissimi viri D. Sebastiani Huetstockeri Consulis summi Studiorum publicorum Mecœnatis, proprium præfecerunt præceptorem & Oeconomum in Bursa. Rosæ.

IN *Vigilia Pentecostes obijt Cristophorus Wertuuein Pfortzhaimen: X. Episcopus Vien. A cuius obitu hæc sedes vacabat vsque ad annum 1558.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1553	353	Laurentius Kirchamer Vien: I. V. Doc. II.	116

XIIII. *Præpositus & Cancellarius Vniuersitatis celeberrimus I. C. Martinus Bondenarius.*

SVB *huius Magistratu secundo die 17. Ianuarij Anni 54 publicata & paulo post recitata est in Aula Vniuersitatis secunda D. Ferdinandi Imperatoris in hac Academia Reformatio.*

QVA *primum aut in superiori reformatione omissa aut temporum vicissitudine mutata, in elegantissimã & conuenientissimam referuntur consonantiam. Deinde Gymnasio antiqua cõfirmãtur Priuilegia. Postremo nobilissimæ huic Academiæ etiam ista confirmatur gratia, qua Professores, Doctores, Magistri, Baccalaurei & Studiosi omnes iam olim ab omnibus exactionibus, Impositionibus & oneribpersonalib. ab optimis Austriæ Principibus Scholæ huius fundatorib. exempti atq; immunes asserti fuerunt. Verba autem nouæ Reformationis hæc sunt.*

DE IMPOSITIONIBVS seu Exactionibus.

IMPOSITIONES seu exactiones, quas Ciues nostri a Professorib. & Studiosis ratione solius artis, Professionis & Practicæ exigere perhibentur in præiudicium libertatis Scholasticæ, & contra Vniuersitatis nostræ Priuilegia non esse ferendas, sed abolendas censemus, ordinantes, Vt ciues nostri ea Studiosorum contributione, quam de bonis suis immobilibus perinde ac alij Ciues præstant, merito contenti esse debeant.

HVIC *Reformationi constituitur quidam quasi custos Superintendens et conseruator Vir multarum linguarum peritissimus Iohannes Albertus Widmanstadius I. C. Clarissimus Cæsar. Consiliarius & Cancellarius Austriæ.*

VOCATVR *ab Imperatore in hanc Academiam insignis Mathematicus D. Paulus Fabricius Med. Doctor & Poeta, Vir magnæ eruditionis & in omni artium genere probè exercitatus.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	354	Idem Laurentius Kirchamer I. V. Do. III. AB *hoc Magistratu quem tertium magna cum laude gerebat, optimus hic Vir, ob singularem eruditionem, fidem perspectam & eximiã integritatẽ, uocatus est ab Academia in consilium Cæsarei Regiminis inferioris Austriæ. Præclarè semper de Academia meritus.*	77
	355	Ioan Goesll. I.V. Doctor II. IAM *Cæsareus Consiliarius & Superintendens Academiæ Vien.*	44
1554	356	Franciscus Emericus Med. Doctor Cæsareus Consiliarius IIII.	87

M. Lutzius

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	357	M. Lutzius Crayer VIR *hic antiqua pietate notus, multa praestare potuisset, nisi temporum iniuria fuisset impeditus:*	95
1555	358	Leonhardus Villinus Theolo. Doctor III.	73
	359	Stephanus Hauptman I. V. Doctor Canonum Professor primarius. IAM *Caesareus Consiliarius, Vir praeter aetatem maturus & insignis Iure consultus, prae caeteris de Gymnasij rebus optime meritus.* CELEBRES *habentur hoc tempore* THEOLOGI: *Ambrosius Salzer Claudius Iaius Sebaldus,* Leonhardus *Villinus, Mathias Wertwein.* IVRECONSVLTI: *Philippus Gundelius. Ioan. Baptista Pacheleb. Laurentius Kirchamer. Stephanus Hauptman. Wolffgangus Pudlerus. Alexander Liephart.* MEDICI. *Franciscus Emericus. Wolffgangus Latzius. Mathias Cornax, Andreas Planck. Casparus Pierbachius.* Ioan. *Aicholtz,* GRAECI: *Georg. Tanner in omni disciplinarum genere doctissim: D. Laurentius Lemãnus.* MATHEMATICI, *Bartholomae: Reisacher. Paulus Fabricius. Hieronymus Lauterbachius.* PHILOSOPHI *D. Andreas Dadius. Georgius Walther.* ORATORES. *Lucas Guettenfelder. Georgius Muschlerus, Martinus Eysengrein.* POETAE *Laureati:* Vitus *Iacobaeus. Elias Coruinus.*	81
1556	360	Ludouicus Kunig Medicinae Doctor. EXORNANTVR *ijsdem temporibus literis, Bernhardus, Sigismundus, Heinricus, Vdalricus.* Iulius *& Ferdinandus Comites de Hardegg. Seyfridus & Fridericus Preiner Barones. Iulius, Ioan. & Otto* de	28

de Zinzendorff Baron. Iohan. Ludouicus à Lamberg Baro. Schencko à Lippa Baro. Fœlicianus ab Herberstain Baro. Sebastianus Hohenperger. Ferdinandus Rueber ex Puxendorff. Bernhardus à Scherotin. Ioachimus à Landau, Nicolaus Tarlo Baro Polonus. Benedictus à Moshaim Styrus. Achatius & Sigismundus Weltzer Styri. Sigismundus & Georg. Klaindienst Styri. Christophorus Resch. Iohan, Christophorus, Andreas, Rupertus & Bartolomæus ab Eggenperg nobiles Styri. Lucas Gienger Vlmen: Lasso liber. Baro de Castilia. Carolus à Lichtenstain Baro. Fridericus, Bartholomæus, Iohan Demetrius, Wenceslaus & Ioannes Barones à Scherotin. Sodislaus à Scornitz. Daniel Luntzer et Andreas Kernstock nostri in hoc labore Amanuenses, Marcus Ioachimus & Iohan. Spiler fratres nobiles.

ISTORVM *pater* BLASIVS SPILER *Cæsareæ Ma: Consiliarius Cameræ inferioris Austriæ, Vir magni cõsilij est & prudentiæ: summus eruditorũ hominũ fautor atq; de hac Schola optimè semper meritus.*

---

261 — M. Lucas Guertenfelder II. — 87

D. Maximiliano Bohæmorum Regi nascitur quartus filius Mathias Viennæ 23. Februarij.

1557 — 262 — Georgius Eder I. V. D. Regis Ferdinandi Consiliarius, & Fisci prouinciarum inferioris Austriæ Aduocatus. — 103

HIC *honor nobis ut Canonum quoq; Doctori ab Academia Theologicæ facultatis nomine delatus fuit.*

QVID *uero in hoc Magistratu fecerim memoria dignum*

dignum id prorsus ignoro, aut si quid est, longè tamen inferius iudico quam me celeberrimo huic Archigymnasio & omnibus Acbdemijs benè institutis perpetuo debere agnosco.

XV. PRAE*positus Vien. & Cancellarius Academiæ Mathias Wertuuein S. Theologiæ Doctor.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	363	Georgius Eder I.V.D. Cæs. Consiliarius II. Electus ordine ex Collegio Iuridico.	74

XIIII. MARTII *Inuictissimus & potentissimus Rom. Imperator. Carolus V. Imperium Ro. libere resignauit: in cuius locum non ex priori tantum electione in Regem Romanorum, sed ex noua etiam & communi approbatione Principum Electorum atq; totius orbis consensu electus & maximo omnium applausu proclamatus est Imperator Rom:* FERDINANDVS. I.

EXCEPTVS *à nobis Academiæ nomine triplici triumpho. in suæ Maiest. honorem pro scholæ gratitudine & obsequio typis excuso.*

QVOD *Cæsari huic Augustissimo tam fuit gratum, vt aliquot qui in exornando Maiestatis suæ triumpho tam fuissent Studiosi pulcherrimis nobilitauerit insignijs: atq; ipsi Academiæ confirmauerit Priuilegium creandi Poetas Laureatos, eidem Gymnasio prius à Diuo Maximiliano concessum.*

Ex *quo priuilegio Heinricus primũ Eckhardus* 4. *Nonas Iulij: deinde* 15 *Septẽbris Elias Coruinus, Ioãn: Lauterbachius & Vitus Iacobæus. post exquisitissimũ Collegij Poetici examen, in celeberrima magnorum Principum, Legatorum & totius Academiæ frequentia, per Paulum Fabricium Cæsaræum Mathematicum, & facultatis Poe-*

ticæ Collegam. in Aula Vniuersitatis tanta celebritate creati sunt Poetæ Laureati, vt infra hominū memoriam nihil ferè magnificentius fuerit visum.

1558 | 364 | **Idem Georg. Eder. III.** | 86

CVM *in eius fauorem inclita facultas Medica suo Iuri pro hac tantum uice renunciasset, atq; ei hunc honorem prorogandum sua sponte publicè consensisset tertiū electus atq; continuatus fuit. Qualis honor in hac Academia huc vsq; nulli vnquam contigerat.*

PRAEFICITUR *Ecclesiæ Vien: XI. Episcopus Nobiliss. & Reuerendiss. D. D. Anthonius de Muglitz supremus et Generalis Dominorū crucigerorum cum rubea stella per Bohæmiā, Morauiā Silesiam, et Poloniā Magi. De cuius bonitate sibi Academia plurimum & ornamenti pollicetur & præsidij, Exceptus Academiæ nomine Oratione diserta per Alexandrum Liephardt Iureconsultum.*

XXI. SEPTEMBRIS *placidißimè migrauit ex hoc seculo Victoriosißimus & Augustißimus Impera: Carolus V. Cui ab hoc Rectore Academiæ nomine. meritorum ergò in honorem Augustißimæ huius Austriacæ familiæ, hîc Viennæ 3. Ianuarij anni huius 1559. luctus publicus non sine maximo dolore fuit exhibitus iā Typis excusus.*

XXIX. DECEMBRIS, *moritur celeberrimus I. C. Iacobus Ionas. Cæs. Maiest. intimus Consiliarius et Procancellarius Imperij, optimis huius Academiæ fautor & patronus fidelißimus.*

22. IANVARij, *Ann. 1559. moritur integerrimus vir Ioan Waltzperger I. V. D. & Professor institutionum ordinarius.*

PVBlica

PVBLICA *fit omnium Bursarum & conturberniorum ac lectionum etiam publicarum visitatio & reformatio: atque tota restauratur Academia.*

RENOVATUR *Aula Vniuersitatis elegantißimis picturis & Principum Austriacorum imaginibus.*

DISPVTATIONUM *Leontinarum, quas Vetustas Quodlibeticas, nos Academicas dicere possumus, vsus iam multis annis intermissus, est reuocatus atque in declamādi consuetudinem conuersus. Habitæ sunt hæ disputationes siue declamationes potius 30. Martij Anno 1559. Quodlibetarius primus fuit D. Andreas Dadius Med: Doctor insignis Philosophus.*

QVID *autem hoc triplici Magistratu nostro pro recuperanda Academiæ huius libertate scholastica sit effectum, id grata indicabit posteritas: atque vt speramus hæc ipsa* Academia *iam Dijs gratia iterum reuiuiscens, breui non sine maxima voluptate procul dubio experietur.*

DESCRIPTIO TOTIVS ACADEMIAE VIEN: GENERAlis in Quinque libros dispartita.

VERVM *quando hoc totum, quicquid huic Gymnasio libertatis superiorum temporū iniuria et grauißimorum bellorum Tyrannide perijt, ex sola ignorantia rerum nostrarum accidisse, quam paulatim secutam negligentiam, atque ex ea tandem maximum subortum esse contemptum deprehendimus: cum tamen hac Academia pene sola in tota Germania nulla ferè antiquior, nec vlla celebrior fuerit unquam: Ego vt eam ab hoc iniquißimo contemptu vendicarē, cœpi ex vniuersis* ACADEMIAE *actis, quæ pene*

perlustraui omnia, vniuersalem Scholæ huius antiquissimæ & celeberrimæ semper, quasi quandam descriptionẽ colligere: quam meo instinctu pro honore Academiæ elegantissimo carmine Elegiaco complexus est Vitus Iacobæus *Poeta Laureatus, homo industrius & ingeniosus.*

QVAM *descriptionem cum inprimis Augustissimis Austriæ Cæsaribus & Principibus primis authoribus & fundatoribus nostris honorificentissimam, exteris Scholis gratam, nobis vtilem, posteris uero & successoribus nostris necessariam esse putem. eius seriem huc ob id etiam adijcere lubet, ut quam primum respirare atq; melius de rebus nostris sperare incipiant, quos metus aliquis ruituræ huius Scholæ sollicitos forte magis reddiderit, quam opus esse uideatur. Titulus operis eius hic erit.*

RESPVBLICA ARCHIGYMNASII VIENNENSIS.

VT *ab Augustissimis Principibus Austriæ primum instituta, quantis deinde viribus & ornamentis aucta, & quis eius hodie sit status: Sub Magistratu tertio* GEORGII EDERI I. C. *& Consiliarij Cæsarei Frisingensis ex inuentionẽ & dispositione eiusdem descripta A Vito Iacobæo Poeta Laureato. Cum præfatione ad Serenissimum & Potentissimum Bohœmorum Regem D. Maximilianum summum Studiorum publicorum Mecœnatem & Patronum. Atque hæc descriptio in quinq; excreuit libros.*

LIBER

LIBER PRIMVS DE EXORDIIS ARCHIGYMNASII Viennen: 9. habet Capita.

I. *De situ, commoditate & amœnitate loci.*

II. *De vetustate & nobilitate Academiæ Vien: quando & à quibus primum fuerit instituta.*

III. DE TRANSLATIONE *Academiæ Viennen: ab Aula Principum Austriæ ad Collegium Templariorum, quod hodie Archiducale dicimus Collegium.*

IIII *De prima Academiæ diuisione in quatuor nationes, quibus totius orbis partes complectuntur.*

V. *De secūda Academiæ diuisiōe in quatuor facultates.*

VI. *De Priuilegijs Academiæ Vien.*

VII. *De statutis Academiæ Vien.*

VIII. *De Consilio Academiæ quod Consistorium dicitur.*

IX. *De officio dignitate, & authoritate Rectoris qui his omnibus præest.*

LIBER SECVNDVS DE PROGRESSV ACADEMIAE Viennen. cuius Capita sunt.

I. *QVO tempore, Quibus rebus creuerit hoc Gymnasium Vien: & quod ei mox dati sint quidam quasi Superintendentes, conseruatores seu Tutores & Defensores Priuilegiorum.*

LIBER TERTIVS DE PRAESENTI ACADEMIAE STATV QVI nouem exprimitur capitibus.

VII. De

VII. *De Visitationibus & Reformationibus Collegiorũ & publicarum lectionum, quæ singulis annis sæpius fieri solent.*

VIII. *De mitigatione sumptuum pro gradibus in omnibus disciplinis impetrandis & alijs maximis hic studendi commoditatibus.*

IX. *De hoc nouißimo celeberrimi Archigymnasij Vien: statu, & quam spem de Scholæ huius immortalitate boni uiri omnes concipere poßint.*

LIBER QVARTVS NOVEM

CONTINEBIT CHOROS EORVM quorum opera, pietate & prudentia hæc Academia in hunc usq; diem conseruatur: Qui omnes iusto & emerito celebrabuntur carmine.

PRIMVS CHORVS.

EST Illustrißimorum & Augustißimorum Cæsarum, Princip: & Archiducum Austriæ, primorum huius Cæsarei Archigymnasij Vien: fundatorum.

RVDOL*phus* I. *Albertus* I. *Fridericus* I. *Rudolphus* II. *Leopoldus Alberti* I. *filius. Otho Alberti* I *filius. Henricus Alberti* I *filius. Albertus* II *Alberti* I *filius. Rudolphus* IIII. *Albertus* III. *Leopoldus* II. *Albertus* IIII. *Wilhelmus Leopoldi* II. *filius. Leopoldus* III. *Fridericus* II. *Sigismundus Friderici* II *filius. Albertus* V. *Ladislaus Alberti* V *filius. Ernestus* I. *Albertus* VI. *Fridericus* III. *Maximilianus Friderici* III *filius.*

Philippus

Philippus Maximiliani filius. Carolus V. *Rom: Imperator. Ferdinandus* I. *Rom: Imperator. Philippus* II. *Caroli V. filius. Maximilianus* II. *Ferdinandi Imperatoris filius Ferdinandus* II. *Ferdinandi Imp: filius Carolus* II. *Ferdinandi Imper: filius.*

CHORVS SECVNDVS.

Ecclesiasticorvm est mecœnatum & Patronorum, qui aut ex hac Schola ab Ecclesiam prodierunt, aut Ecclesiarum curæ prefecti, hanc Academiam perpetuo exornare atq; prouehere student.

Reverendiss: *D. Nicolaus Olai Archiepiscopus Strigonien: Anthonius Verantius Episcopus Agrien Paulus de Gregorianitz Decretorum Doctor Episcopus Iaurien. Georgius Drascouitius Episcopus Quinq; Ecclesien: Vrbanus Episcopus Gurcen: Antonius de Muglitz Episcopus viennen: Petrus Sepacher Episcopus Labacen: Mathias Wertuuein Præpositus Vien: & Cancellarius Academiæ. Primus Lackner Cæsar: Maiest. à sacris & Eleemosinis. Bartholomæus à Cataneis Præpositus Hertzogburgen: Petrus Præpositus Closterneuburgen: Ioan: Mierle Abbas Cāpililiorum. Ioannes Præpositus D. Dorotheæ. D Ambrosius Saltzer & Nicolaus Englhart Canonici Viennenses.*

CHORO TERTIO.

Exornantvr mecoenates et Patroni rerum Publicarum administrationi Præfecti, qui & ipsi dum Cæsaris lateri adiuncti, Aulam plærumque sequntur, non parum res Academiæ prouchere, augere & conseruare possunt.

Domi-

DOMINVS IOANN: *Trautson Liber Baro in Sprechenstain etc. supremus Aulæ Cæsareæ præfectus. Gabriel Kreytzer commendator crucigerorum per Austriam supremus, Cæsaris Ferdinandi in eadem prouincia vicegerens. Sigismūdus ab Herberstain liber Baro. Ioan. Hofman liber Baro. Leonhardus de Harrach liber Baro. Georg. Gienger I.C. Georg. Sigmund. Seld I. C. & Procancellarius Cæsaris. Andreas Pögl liber Baro. Oswaldus ab Eytzing liber Baro. Leonhardus Puchler à Weittenegg. Bernhardus Walter I.C. & Cancellarius Austriæ. Philippus Gundelius I.C. Ioan. Vdalricus Zasius I.C. Gerhardus Aquensis I.C. Thomas Schober I. C. Leopoldus Lauffner I. C. Nicolaus à Neuhausen. Walthaser de Lāberg Baro. Georg. à Mamming Eques aurat. Ioan. de Karling. Hieronymus Beckh. Christopho: Poldt. Blasius Spiller. Ioan Geyer ab Osterberg in Wolfstain sub Marschalchus inferioris Austriæ. Omnes Cæs. Cons. & summi bonarū literarū fautores.*

CHORVS QVARTVS.

EST ACADEMIAE DOMESTICORVM qui ex hoc celeberrimo & Cæsareo Archigymnasio ad Cæsarum & Principum Consilia sunt euecti.

STEPHANVS *Schwuartz. Ioan Baptista Pachelb. Leopoldus Lauffner. Georg. Stirch. Iosephus Zopl. Laurentius Kirchamer. Sigismundus Oeder. Georgius Eder. Ioan. Gosl omnes Iureconsulti & Consiliarij Cæsa: Anthonius Gienger Cæs. Consiliarius rationum. Marcus Sinckhmoser. Ludouicus Peer: Iohan Iordan Laurentius Saurer & Franciscus Iglshofer Consiliarij & Secretarij Cæsar: Hermes Schalautzer, Cæsar: & ædificiorū superintendens. Iacobus Taurellus attestationū Cōmissarius.*

CHORVS QVINTVS de Professoribus.

THEOLOGI. *Leonhardus Villinus Cano: Vien: Theodoricus Canisius. Lambertus Auer.*

IVRECONSVLTI. *Stephanus Hauptman Cæs: Mat: Consiliarius & Canonum Professor Primarius. Wolffgangus Pudlerus Pandectarum Ordinarius. Alexander Liephart Professor Codicis subrogatus. Georgius Mitkreuch Institutionarius.*

MEDICI. *Franciscus Emericus Cæsar: Consil: & Primarius huius facultatis Lector & Professor Practicæ. Wolffgangus Lazius, secundus Professor Theoricæ, Consil: & Historicus Cæsar: Casparus Pirchbachius III. Professor.*

MATHEMATICI. *Paulus Fabricius Medic: D. Hieronymus Lauterbachius.*

HAEBREVS, *Andreas Blanck Medic: D.*

GRAECI, *Georgius Tanner Austriacus. Laurentius Lehmannus I. V. D.*

ORATORES ET PHILOSOPHI. *Lucas Agathopœdius Oratoriæ Professor. Andreas Dadius Med: D. Organi Aristotelici Professor. Georgius Walther Physices Professor. Martinus Eysengrein Professor principiorum Physices. Laurentius Zadesius Professor Ethices. Georgius Muschlerus Dialectices Professor. Nathanael Balsman Poetici Collegij primarius. Benedictus Kleinschnitz Grammaticus.*

CHORVS SEXTVS.

IVRECONSVLTOS & Aduocatos continet atque Patronos causarum, sed eos tantum qui ex Vniuersitatis Collegio in gradibus artium sunt constituti.

NOBILIS

NOBILIS & clariß. Vir D. Martinus Trainer. Christophorus Hillinger. Iohan: Huetstokher. Marcus Faschang. Melchior Hoffmair. Petrus à Rotis. Georg: Aigmair. Wolffgang: Schrantz. Paulus Aigner Morauus. Iohan: Lingel. Iohan: Prunner. Martinus Seyberlich. Eusebius Bedrot. Iohan: Tyring. Bartholomæus Haugstain. Omnes I. V. DD. Viri consultißimi, & M: Lutzius Kraer.

CHORVS SEPTIMVS.

MEDICORVM in hoc Gymnasio degentium & practicantium laudes prosequitur.

MATHIAS Cornax. Iohan: Schroter. Martinus Stopius. Ludouicus Kunig. Petrus Raymundus. Ladislaus Stuff. Wilhelmus Coturnosius. Bartholomæus Reisacher. Michael Spitaler. Ioan Aicholtz. Andreas Praun. Elias Anhart. Thomas Haugstain. Paulus Weidner. Christophorus Schankarle. Sebaldus Cæsar.

CHORVS OCTAVVS.

POETIS dabitur, Philosophis, Oratoribus & Procuratoribus. Qui hoc tempore Academiam ornant.

ARNOLDVS Gerardus Laurentianus Flander. Henricus Eckhardus. Elias Coruinus. Iohan: Lauterbachius. Vitus Iacobæus. Omnes Poetæ Laureati. Stephanus Gastelius. Hubertus Luetanus. Leopoldus Lakner. Cornelius GrienWaldt. Iacobus Sartorius. Iohan. Rexius. Iacobus Strauß. Michael Englmair. Nicolaus de Corret. Andreas Haugstain. Michael Burger. Bartholomæus Magerl. Vincentius Wenda. Omnes Magistri. Matheus Gamp. Iohan: Pampl. Wolffgangus Scheffler. Michael Mosperger Causidici.

CHORVS NONVS

DEFVNCTORVM BENEFICIA, EA prosequitur gratitudine, quæ & alios ad bene merendum de hac Schola impellere possit.

REVERENDISS: *Iohan: Fabri Episcopus Vienn: Fridericus Nausea Episcopus vien: Augustinus de Elbing. Wilhelmus Puelinger. Christophorus Kulber: Rectores præ ceteris omnibus preclare de scholastica libertate meriti Conradus Celtes Stephanus Rosinus Cancellarius Academiæ. Iohan: Cuspinianus. Ioachimus Vadianus. Vrsinus Velius. Georg. Peurbach Ioan: Regiomontan. Georg. Tanstetter. Andreas Perlachius. Ioan: Vogelein, Mathematici. Iacobus Ionas. Ioan. Albertus Widdmanstadius. Ioan: Alexander Brassicanus. Iohan: Ludouicus Brassicanus. Martinus Bondenarius. Iohan: Tuernl. Egidius Neupeck Iohan Waltzperger. Christophorus Wech: Georgius Ratzenperger. Georg: Rithamerus. Mauritius Marbeckh. Et fortassis alij viri plures bene de Academia meriti, quorum partim nomina, partim res gestæ nobis ignotæ fuerunt Neminem enim ab hac laude & immortalitatis memoria excludimus, cui vnquam dignitas huius Academiæ ex animo fuerit commendata.*

QVINTVS LIBER.

HIS AVTHOR *adiecit librum Quintum quem inscripsit Adeptiuum, qui varijs scatet tam Academiæ, quam eruditorum hominum elogijs.*

SEXTVS LIBER.

ACADEMIAE, *erit velut appendix hic ipse Catalogus siue Calendarium Rectorum & rerum ab eis pro libertate*

bertate Scholastica gestarum, quem ideo præmittere volui- mus, vt seorsim à toto opere segregatus magis nobis vsui esse queat.

V T *autem successores nostri huius Scholæ progres- sum continua serie prosequi & certum huius Academiæ statum posteris per manus veluti tradere posſint, vacua ali- quot hic spacia subiecimus: in quæ si singulorum Recto- rum acta memoria digna colligere pergant, perpetuam absq; dubio reddiderint Academiæ huius tranquillitatem, & gloriam immortalem. Atq; vtinam maiores nostri in retinendis annalibus fuissent diligentiores, nullum haberet alioqui celeberrimum hoc Archigymnasium Thesaurum neq; ampliorem neq; vtiliorem.*

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	365		
1559			
	366		
	367		
1560			
	368		
	369		
1561			
	370		

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
1562	371		
	372		
1563	373		
	374		
1564	375		
	376		
1565	377		
	378		

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	379		
1566	380		
	381		
1567	382		
	383		
1568	384		
	385		
1569	386		

Anni Christi	Rectores		Albo ascripti
	387		
1570	388		
	389		
1571	390		
	391		
1572	392		
	393		
1573	394		

Anni Christi	Rectores	ARCHIGYMNASII VIENNEN.	Albo ascripti
	395		
1574	396		
	397		
1575	398		
	399		
1576	400		
	401		
1577	402		

HOC

HOC *tempore annos à Rectore huius Academiæ primo, qui superuixerint, ducentos numerabunt completos. Reliquum cursum prosequentur alij. Nam licet maxima sit rerum humanarum inconstantia, & si præteritos euentus cum præsentibus malis conferamus, grauissima interea timenda sit rerum penè omnium mutatio: nulla tamen ratione michi persuaderi patiar, tam diuinum virtutum & literarum consortium atque vinculum, vlla re vnquam dissolui aut extirpari posse. Nec cum laude vnquam, raro etiam benè sunt mortui: sed fama illorum plerunque extincta & filij degeneres facti sunt, eorũ qui Scholas euertere moliti sunt. Maximè vero nos solari debet summa atque diuina principũ & Cæsarum Austriacorum in Scholas pietas. Florebit cũ Austria de Schola, & hac Schola florente æternum viuet Austria. Vale posteritas ventura, atque his ad tuam fruere gloriam, & Virtutem factis extendere perge.*

FINIS.

PSAL. CXI.
IN memoria æterna erunt Iusti.

PSAL I.
NON sic Impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.

INDEX RERVM MEMORABILIVM EARVM TANTVM QVAE AD STATVM ACADEMIAE

pertinent. Reliqua enim cum totus Catalogus nihil aliud ferè sit quàm Index, hic repetere opere precium nullum videbatur.

A

B

C

D

F

I

L

M

Maxi-

CASTIGATIONES ERRATORUM.

PAGINA 4. *linea, 7. lege Abbas. pag. 81. ad Rectorem.* 84 *adde numerum annorum* 1421. *pag. 62. lin: 20. pro & lege ex. pag. 75. lin. 11. pro affirmauit lege efformauit, Pag. 38. lin: 12. ad dictionem Constantien adde Episcopus. Pag: 54. lin. 24. Nota Angelum illum Bauarū non esse eum qui vertit Theodorū Siculū, sed alium qui dictus fuit Angelus Cospus Bononiensis. Vterq; tamen in suo genere, quod eruditissima illorum testantur opera, fuit excellens. Bauarus ille Mathematicus insignis, hic summus Philosophus Orator & Poeta celeberrimus, sepultus hic Vien: apud Diuum Laurentium Anno* 1516. *Pag.* 63. *lin. 7. ad dictionem Concionatoris adde Patauien: Cingulorum autem depositio de qua in Pag: 75. fit mentio, non 14. sed 15. 13. facta est.*

POSTREMO *illud lectorem candidum inprimis admonitum volumus, nos rerum memorabilium capita iuxta ordinem & seriem Rectorū plerunq; distribuisse. Qui bis in anno creari solent, Tiburcij scilicet & Colomanni: ex quo fit vt secundi cuiusq; Rectoris acta, in sequentem vsq; annum sese nonunquam extendant. Cætera omnia ea diligentia & fide cum Academiæ actis contulimus, vt bona fide singula constanter asserere possimus.*



VIENNAE AVSTRIAE EXCV-
DEBAT RAPHAEL HOF-
halter, Anno 1559.